



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Francisci Caietani Societatis Jesu

Gaetano, Alfonso

Excusa Pragæ, Anno 1668

urn:nbn:de:hbz:466:1-37359



Th. 2543.

K


I

10

4

1
A
I
A







Partano

VITA
FRANCISCI

CAIETANI
SOCIETATIS JESU,

Italicè scripta

à

P. ALPHONSO
CAIETANO.

Latinè reddita,

à

P. MELCHIORE
HANEL,


Utroq; ejusdem Societatis
Sacerdote.

Cum licentia Superiorum

Excusa Pragæ,

Typis Universitatis Carolo-Ferdinan-
dez, in Collegio Societatis IESV ad
S. Clementem, Anno 1668.

*Collgii Societis Jesu paderbornæ
dono p. Kloppenbuss 1797*



ne
vo
le
So
sti
pt
cu
tu
pr
ta

*Ad Brunenses Societa-
tis JESV Tirones.*

DUm viginti ab
hinc annis, reli-
giosæ vitæ po-
nerem tirocinium, quod
vos nunc facitis, primùm
legi Francisci Cajetani,
Societatis nostræ Schola-
stici, vitam Italicè scri-
ptam, atque etiam obse-
cuturus Magistro, quem
tunc habui, sum inter-
pretatus, ut latinè reddi-
ta, pluribus esset incita-
men-

A 2

men-

mento, ad æmulanda
charismata meliora vir-
tutum, quibus, hic B. A-
loysij egregius æmulus,
nobis præluxit. Ean-
dem nunc, vobis, nullo
meo merito, erudiendis
præfectus revolvi, uná-
que ex improvise, meam
illam rudem, tanto post
tempore, interpretatio-
nem repertam, aliquan-
tò jam idiomatis Italici
intelligentior, vestri cau-
sâ emendavi, quorum
spiritualibus commodis,
uti-

da
ir-
A-
is,
n-
lo
dis
a-
m
st
o-
n-
ici
u-
m
lis,
ti-

utinam servire tantum
possim, quantum cupio.
Suscipite Fratres Charis-
simi, atq; si me affectui,
quo vos complector, in-
dulgere patimini, Pulli
& Filij in Christo unice
dilecti, exiguam istam
meam opellam, qua vo-
bis prodesse studui. A-
loyzij æmulum dixi Fran-
ciscum, cujus vobis ge-
sta ad imitationem exhi-
beo, quandoquidem u-
terque consummatus in
brevis, usque adeo pari

A 3

fe-



felicitate, explevit tempora multa; ut magnorum Virorum testimonio, qui utrique convixerunt, non minùs Natalium splendore, quàm vitæ sanctitate, fuerint quàm simillimi. Uno post Aloysium anno, natus Cajetanus; altero ab ipsius beato obitu, Societatem ingressus; non multò productiorem, quàm ille, in ea vitam egit; uterq; assiduâ cum Deo conjunctione insignis;

m- gnis; uterq; honoris ac
o- propriæ existimationis
o- contemptu excellens; ad-
vi- mirabilis uterque spon-
a- taneâ corporis divexati-
m- one, ob amorem patien-
nt- tis Christi, ejus morien-
no- tis imitationi immortui
a- sunt ambo, Aloysius qui-
ab- dem feriâ quintâ in sex-
e- tam, Franciscus verò sa-
on- cratiore sextâ feriâ in
n, Sabbathum Sanctum de-
e- sinente. Inspicite dile-
m- ctissimi, & factis expri-
i- mere satagite, alijs anti-

A 4 quum,



quum, vobis etiamnum
novum, in Francisco, re-
ligiosæ observantiæ, vir-
tutisq; ad leges S. Patris
Nostri, numeris omni-
bus absolutæ, suppar A-
loyfiano, exemplar, ejus-
demque, mihi vel adum-
brandi, vestris à Deo pre-
cibus, gratiam exorate.
Brûnæ, Martij 19. die be-
atissimo Dei - Hominiis
Nutritio Josepho sacrâ,
Anno 1668.

Vester

In Christo servus

Melchior Hanel.

INDEX
CAPITUM.

CAPUT I.

De Nativitate & pueritia Francisci.

Cap. II.

Studia literarum, & alia illustrium personarum exercitia.

Cap: III.

Vocatur à Deo, & adiicit animum ad ineundam Religionem.

Cap. IV.

De nova vite mutatione, quam instituit, deque ejus pœnitentijs & orationibus.

Cap: V.

De ejus devotione, & sanctis operibus.

Cap: VI.

De modo, quo deliberavit ingredi Societatem IESU.

A 5

Cap:

Cap: VII.

Quomodo Franciscus superatis nonnullis tentationibus, abi-erit Sortino, ingressurus Societatem.

Cap: VIII.

Ingreditur Societatem IESU.

Cap: IX.

Qualiter cursum perfectionis fuerit exorsus, ac de doctrina quaedam P. Bernardi Colnagi, ad pervincendas difficultates, in sui victoria.

Cap: X.

De progressu, quem fecit in mortificatione, & alijs virtutibus.

Cap: XI.

De unione cum Deo, & perfectione virtutis, quam sectatus est ad finem usque sui tirocinij.

Cap: XII.

Applicatur studijs literarum
bu-

*humaniorum, ac deinde docenda
Grammatica.*

Cap. XIII.

*Inchoat cursum Philosophiae,
sed propter invaletudinem illo in-
terrupto, revertitur ad docendum.*

Cap. XIV.

*De virtutibus Francisci, & pri-
mum de animi demissione.*

Cap. XV.

*De subjugatione passionum, &
affectuum humanorum.*

Cap. XVI.

De afflictatione corporis

Cap. XVII.

*De obedientia, & Regularum
suae Religionis observatione.*

Cap. XVIII.

*De ipsius paupertate & casti-
tate.*

Cap. XIX.

De eius oratione.

A 6

Cap.

Cap: XX.

*De amore Dei & proximi, ac
de religione erga Caelites.*

Cap. XXI.

*De ultimo ipsius morbo, & pra-
paratione ad mortem.*

Cap. XXII.

*De obitu, & sepultura Fran-
cisci.*

Cap. XXIII.

*Qualis fuerit, de eximijs Fran-
cisci virtutibus existimatio, autho-
ritate praestantium, & fide digno-
rum hominum.*



Vi-

(I.)



VITÆ
FRANCISCI
CAIETANI
SOCIETATIS JESU.

CAPUT I.

*De Natiuitate, & pu-
eritia Francisci.*



Ortini, quod
est oppidum Dicc-
cesis Syracusanæ,
mortalem sortitus
est vitam Franciscus Caietanus,
cujus res gestas mandare literis
instituiimus, diuturniore dignas
me-

2 *Vita Franc: Cajet:*

memoriâ, quàm fuerit brevis
ipſius ætas. Patrem habuit D.
Petrum Cajetanum, Dominum
dicti oppidi, prætereaque Caſſa-
ritanum ac Tripenſem Topar-
cham: Matrem D. Joannam,
Filiam Franciſci Principis Pater-
nenſis: quæ duæ proſapia, per
Siciliam, Italiam & Hiſpaniam,
propter, tum longam avorum
ſeriem, tum etiam in ſibi ſubdi-
tos dominia, ac titulos, & offi-
cia honoratiſſima, ſunt nobiliſ-
ſimæ. Ex hoc adeò illuſtri con-
nubio, ſex prodiere proles, ma-
res quatuor, ac duæ fæminæ.
Primus fuit D. Caſar, qui hodie
vivit, à Philippo III. Rege Hi-
ſpaniæ, ob tam propria, quàm
Maiorum ſuorum merita, ho-
noratus titulo Marchionis Sor-
tini,

tini, atque à Philippo IV. Principis Cassaritani. Alter Franciscus noster, qui clarioribus splendoribus, & gloriosioribus titulis religiosæ suæ vitæ, nobilitatem familiæ collustravit. Alij pro suo quisque statu, nihil omnino à claritate sui sanguinis deviantes, honorificis amplificare gestis, splendorem à Prædecessoribus acceptum, sategerunt.

Prodiit in hanc lucem Franciscus, uno post anno, quàm natus est B. Aloysius Gonzaga, qui fuit à Christo nato millesimus, quingentesimus, sexagesimus nonus, die 11 Novembris, qui sancto Martino Episcopo, cujus ille egregius, ab ipsa infantia, fuit imitator, sacer est, eodémque die per baptismum in præ-

ci-

4 *Vita Franc: Cajet:*

cipuo oppidi, cui à sancto Jo-
anne est nomen, templo susce-
ptum, Deo vivere cœpit. Fer-
tur octo mensium infans, prom-
ptè condidicisse, Salutationem
Angelicam, quâ sub noctem in-
cunis decumbens, dulciterque
balbutiens, Deiparam salutabat,
illam recitando, utque etiam à
nutrice iteraretur, postulando;
donec has inter divinas cantile-
nas, obdormisceret. Clarum
id fuit præsagium devotionis,
quâ toto vitæ decursu, Cœli Re-
ginæ futurus erat addictus. O-
stendebat præterea mansuetudi-
ne & quiete, quæ etiam, tum in
fascijs, in eo animadversa est,
quòd sortitus esset animam bo-
nam, & factam ad virtutem.

Neque enim in eo vel infante,

un-


Jo unquam notata fuere, seu impa-
sce- cientia, seu irae, seu infantilis le-
Fer- vitatis indicia. Et ex his divi-
om- nae gratiae radijs, perspicere erat,
em- ad quam sublimem, Deus ipsum
n in destinavisset, provehere perfe-
que- ctionem, pro qua, bonae istae na-
bat- turales condiciones plerumque
m à sunt dispositio, & optimum
do; fundamentum. Multum Filij
ile- pietatem auxit religio Matris,
um- quae frequens erat in adeundis
nis, SS. Sacramentis, perquam de-
Re- vota, in fundendis ad DEUM pre-
O- cibus, & alijs spiritualibus exer-
di- citijs, admodum fervens in o-
in- peribus pietatis, & charitatis
est, erga proximos, quibus sanctum
bo- exemplum, & honorificam sui
n, reliquit memoriam; egregie
e- quoque sedula, & circumspecta
in- in

in educatione prolium, id enim do p
xè curans, ut revererentur Divi Serv
nam Majestatem, devotè cole se de
rent Sanctos, ac imprimis Bea xat M
tissimam Virginem. Apprim Filij
scilicet intelligebat, quàm si pabu
indiga tenera ætas, coelestis pa tum
trocinij, ad vivendum innocen rum
ter, & proficiendum in literis vel c
quàmque tenaci memoriâ con imm
servet, quæ illi primùm suaviter spur
instillantur. Et animabat di vel f
cta exemplis, quia vesperî con subv
vocatos ad se filios ac filias, de tiam
genibus coram se Rosarium, in puri
temeratae D E I Genitricis, reci eo te
tare jubebat. Hæc inter omnia pe D
pietatis germina, Franciscus pri erga
mus in curvandis, postremus e nimi
rat in erigendis geniculis. Ne illa v
que decennio fuit major, quan rari,
do

endo per sacratissimam Virginem,
Servatori suo Christo crucifixo
se devovit, ut non lacte dunta-
xat Matris, sed sanguine etiam
Filijs, se nutrire posset, ac dulce
pabulum, tum ab illis uberibus,
tum ab his vulneribus, divino-
rum susciperet liquorum, qui
vel omnino puram servant, &
immunem, ab omni carnali
spurcitia animam, ijs potatam,
vel se nihilominus fœdantem,
subveniendo ipsi per pœniten-
tiam, emaculant, ipsaque nive
puriorum reddunt. Unde ex
eo tempore, in more habuit, sæ-
pe Deiparam salutare, & grati
erga Dominicam passionem a-
nimi causâ, cœpit sacrosancta
illa vulnera, sæpe interdum vene-
rari, ac singulis sextis ferijs je-
ju-

8 *Vita Franc: Cajet.*

junare : quod propositum, tota
vitæ suæ tempore servavit. Mo-
res quod attinet, hi in illo mini-
mè notabantur pueriles, fugie-
bat lusus, & alias levitates, dul-
ces ejus ætatis delicias, conver-
sabatursenili quadam gravitate
cum hominibus maturis, de quibus
rebus non levibus conferebat
erat in conversatione candidus
sincerus, hostis mendacij, quan-
tumvis levis & jocosus: quod vi-
tium, Franciscus, abhorrebat
tanquam fœdam nobilitatis
maculam, & propter hanc spe-
ciatim virtutem, à Patre
suo, amabatur
eximiè.



CA.

CAPUT II.

Studia literarum, & alia illustrium personarum exercitia.

TEmpestivè, sapiens Pater, investigavit peritos Magistros, qui Franciscum docerent, & excolerent nobiles illas ac generosas dotes, quibus ipsum Author naturæ locupletaverat, quia in id magis collimabat, ut literas, probos mores, ac **D**ixi timorem, vera & viva nobilitatis decora, illi hæreditatis loco transcriberet, quàm bona fortunæ, quæ frequens ambitionis, & litium sunt fomentum. Navavit operam Franciscus Grammaticæ, & literis humanioribus, à quibus gradum fecit ad Rationem.

tionalem Philosophiam, ac tum
 etiam ad partem Naturalis. Et
 assecutus erat absolutam sci
 entia istius cognitionem, nisi
 alia vocalis, manualisque mu
 sicæ, saltûs, pugilatûs, equita
 tionis, venationisque obsticil
 sent exercitia. Quæ suâ varie
 tate tempus, & jucunditate ap
 plicationem, ad excellentiora
 studia, illi suffurabantur. Et
 pollebat bono ingenio, optimo
 judicio, promptus erat mani
 bus, velox pedibus, agilis toto
 corpore, ac eâ constantiâ ani
 mi, ut cuicumque rei se seme
 dederet, indè laboris pretium,
 & honorem referret, adeò, ut
 quisque illi facilè cederet, in u
 triusque musicæ suavitate, in
 elegantia saltûs, in arte digla
 di

dian
 citat
 eque
 perfe
 que
 men
 moru
 conv
 singu
 ad ob
 loqu
 & or
 donu
 suavi
 mult
 Coll
 non
 sed ju
 sui de
 eos,
 versa
 di

diandi, in cursûs pedestris velocitate, & in dexteritate ludorum equestrium, pro more illustrium personarum, in hastiludijs, atque alijs mundanis oblectamentis. Proficiebat indies in morum suavitate, & in gratia conversandi. Præditus erat singulari mansuetudine, facilis ad obsecundandum cuilibet, in loquendo temperatus, affabilis, & omnibus græus. Habebat donum explicandi paucis, & suavibus verbis, id, quod alij vix multis exprimere noverant. Colloquia erant condita salibus non mordentibus, nec impuris, sed jucundis & modestis, ità ut sui desiderium relinqueret apud eos, quibuscum aliquando conversatus fuisset: verbò, nihil ipsi

ipsi deesse videbatur, quod ad
ornamentum nobilitatis facere
solet. Mirum proinde non est
illum tantâ gratiarum affluen-
tiâ, ad se oculos, & corda eorum
quibuscum agebat, traxisse, præ-
sertim Francisci Moncatæ, Prin-
cipis Paternensis, sui Patruelis
amici & fautoris literarum
ac disciplinis liberalibus, atque
nobilibus exercitijs insignium
quibus ipse optimè fuit instru-
ctus. Prosequebatur hic Do-
minus, præcipuo quodam, Fran-
ciscum nostrum amore, & ama-
bat cum illo familiariter agere
delectabaturque vehementer
dotibus præclaris, quas in eo
suspiciebat, ac imprimis periti-
venandi, & bombardæ ictu con-
ficiendarum in ipso volatu a-

vium

od ad vium, id, quod illi, tū temporis,
acer famam per omnem Siciliam,
n est conciliavit. Atque cū ali-
luen quando inspectante Principe,
rum ac alijs nobilibus viris, admiran-
e, pra do artificio, hirundinem, ut se
Prin illi obtulerat, velocissimè vo-
uelis lantem, primo ictu interemisset,
rum tanto affecit tum stupore, tum
atqu gaudio, totam Nobilium coro-
ium nam, ut munificentissimus Do-
instru minus, proptes gaudij exube-
e Do rantiam procurreret, ac ample-
Fran xaretur Franciscum, ejusdém-
ama que pectus, aureo torque, quem
gere sibi ipsi detraxerat, exornaret.
ite. Franciscus, officiosum munus,
n et gratus suscepit; quod tamen,
eriti gratiæ illius Authorem agno-
con scens DEUM, eidem dicavit, im-
tu a pensum in dotandam pauperem
rium

B

quan-

quandam Virginem, de honestate periclitantem; adeoque facto illo antecedente, oblectavit homines, isto verò subsequente gaudium attulit Angelis. Re lucebat in eo bona indoles pia mens, cum tam verbis, quam operibus, raras quasdam profertur virtutes.

Interea nunquam omittebat ullam earum piarum exercitationum, quibuscum ab infanzia, educatus fuerat; præcipue verò maximo affectu continuabat, cultum vulnerum Christi & summam religionem rememorabatur ejusdem dolores, non solum jejunando sextis feriis, verum etiam, cavendo sibi, quam diligentissimè, ab omni peccato prout (teste Fratre) firmissimè

in divino conspectu statuerat. In honorem intemeratæ Virginis MARIÆ, abstinebat à carne, ac lacticinijs, & quandoque jejunabat die Sabbathi. Orabat de eadem Officium & Rosarium, quotidie intererat Sacro, magis intentus pietati, quàm juvenili oculorum quaquaversum jactationi. Neque ullus dubito, hanc devotionem erga sanctissima patientis Domini vulnera, & Cœli Regiam, magno adjumento fuisse Francisco nostro, ad vitam bene instituentem, & peculiariter memoriam Immaculatæ Conceptionis Virginis, ac frequentationem Sacramentorum, efficax remedium ad munditiem animæ & corporis. Qua de causa etiam anno

1589. nomen dedit cuidam Con-
gregationi B. Virginis, erecta
sub titulo Immaculatæ Conce-
ptionis, licet ex inferioris con-
ditionis hominibus constaret
Tenebatur enim desiderio, cu-
jusvis spiritualis subsidij, existi-
mans, non modò non dedecus
quin potius, incrementum glo-
riæ & honoris, comparari ex-
citijs demissionis, ad cultum
Christi, & benedictæ ejus Ma-
tris pertinentibus. In eo co-
tu, qualibet secundâ mensis
jusque Dominicâ, expiabat pe-
sacram Exomologesin peccata
& pane Angelico se reficiebat
assistebat vespertinæ Psalmo-
diæ, ac postea sacco indutus
comitabatur Augustissimum Sa-
cramentum circumlatum per-
ten

Contempli ambitum. In quadra-
 ginta horarum precibus, ter
 quotannis peragi solitis, primus
 comparebat, destinata sibi ho-
 ram expleturus. Obibat, sac-
 cum & manticam humeris im-
 positam, atq; scrinium ligneum
 gestans, stipem corrogando pro
 pauperibus, & in carcere consti-
 tutis, quam ubi auctario suæ-
 met charitatis cumulavisset, ijs-
 dem hilariter impartiebatur, si-
 ve panis foret, sive quid aliud
 eleemosynæ nomine conquisi-
 tum.

CAPUT III.

*Vocatur à Deo, & ad-
 iicit animum ad ineundam
 Religionem.*

Interim in exercitijs pietatis,
 B 3 & a-

& alijs statui suo cōgruentibus
annos exigenti Francisco, frate
natu major, præclaras ipsius do
tes naturales, & amabiles mo
res expendens, svadet conju
gium. Sed cœlestis Sponsus
qui sibi illum elegerat, abrupsit
cœpta jam consilia, & admira
biliter, Franciscum, ad vitæ Chri
stianæ puritatem traxit, motus
ut credere fas est, intercessionem
illius, cujus petitis, nunquam
non annuit, Reginae, inquam
cœlorum, sub cujus patrocini
um sese receperat, & cujus ho
nori dicendam, iacræ ædis fabri
cam, pro viribus, suisque sum
ptibus, multum promoverat.
Cœpit igitur mundi vanitatem
agnoscere, & sæpe somnum in
lectulo capturus, videbatur sibi
red

tibus reddere animam DEO, atque
frate jam assistere divino tribunali, &
us do excipere terribilem, DEI scele-
es mo rum vindicis, sententiam, ac æ-
conju ternis addici cruciatibus. Sem-
onfus per tamen juvenilis ætatis ar-
orupi dor, illum ab hujusmodi cogita-
lmira tionibus avocabat. Sed non
eChri recedebat ab eo, hominum a-
notus mans DEUS, & nihilominus il-
ssion lum veluti insequens, acrioribus
quam feriebat telis.

Itaque accidit, cùm venatio-
troci nis gratiâ, quodam die, ad cam-
us ho pum excurrisset, quod ipsemet
fabri jam Religiosus retulit, ut reci-
e sum piens se, propter pluviam, in
vera locum quendam coopertum,
atem inciperet ibidem solus deambu-
am in lando, ponderare brevitatem
ur sib terrenarum deliciarum, quæ su-

bitis quibusque casibus inter
 rumpuntur, unaque solitum
 Mariani Rosarij pensum exsol-
 vere, pro impetranda sibi effica-
 ci gratia, se DEO ex toto corde
 consecrandi. Atque in ea ora-
 tione illuminatus, semet ipsum
 hunc in modum alloquebatur
*Quid ago? quibus me magis
 magis implico laqueis, neque ex-
 tremum meum exitium perspicio.
 Cur non rumpo hunc nodum, qui
 me vinctum tenet, neque provolo
 ad DEUM meum, qui me expan-
 sis brachijs præstolatur? Si di-
 tius procrastinavero, quò ulterius
 fuero progressus, eò majoribus
 difficultatibus involvar: Egone
 verò, qui jam omnem debueram
 rupisse laqueum, novam collo meo
 eamque fortiorem iniiciam cate-*

vam!

nam? Non possum ex memet
Domine, non possum: sed tuâ ad-
juvante gratiâ quid non possum?
Mutanda mihi est, te, mi DEUS,
propitio vita, atque isthic eam
mutare, & ardentem deinceps te
amare decerno. Ità lumine cœ-
litus accepto confortatus, sta-
tuebat se velle sequi JESUM, cu-
jus amor, animas reddit illiba-
ras. Verùm Princeps tenebra-
rum, ex adverso, solitis suis arti-
bus, prout sibi evenisse, nar-
rat in libro suarum Confessionum,
devotissimus Augustinus, illi
oggerat difficultatem castita-
tis, asperitatem pœnitentiæ, du-
ritiam ejus vitæ, quæ videtur,
utpote omnibus destituta, sen-
sui adeò gratis delicijs, admo-
dum esse gravis & molesta. At-

tamen has inter, & illas cogitationes, divinitus illustratus, observavit istam intercedere differentiam, quòd posteriores, post gustum cujusdam dulcedinis, animam afficerent mœrore; priores autem, principio nubem quandam tristitiæ illi offunderent, quam tamen statim dissipatam, cõsequeretur ingens lux ac tranquillitas: his ipsis porro vijs, quibus astutus hostis, ipsum desiderabat obcæcatum, sua subdere servituti, à Divina Majestate, ad eam deductus est cognitionem, & horrorem foeditatum peccati, ac miseriarum mundi, ut idcirco dixerit, Amicitæ suæ, Eleonoræ, ex Baronibus Calvarusi, se desiderium, ineundi statûs religiosi, concepisse.

Hu

Hujus cœlestis radij, primo magisterio edoctus, prima condidit Christianæ perfectionis elementa. Arbitror, ipsum in has devenisse cogitationes, mense Septembri, Anno Æræ Christianæ 1591. ætatis verò suæ, vigesimo secundo. Quia ex eo tempore, adeò contemptibiliter, de mundo loquebatur, ut apertè diceret, se velle ei nuntium remittere, atque ad idem faciendum, adhortabatur quendam alium, qui hoc mihi retulit. Cùm autem, prædictis laqueis, retineri non posset, alium illi Dæmon injicere moliebatur. Accidit enim, ut comitaretur fratrem suum Marchionem, qui proficiscebatur Panorum, ad celebrandum matri-

monium, cum Anna Carretta
filia Hieronymi Carretti, Comi
tis Ragalmuti, viragine, non
modò sanguinis, verùm & pru
dentia, ac pietatis Christiana
dotibus illustri: quâ occasione
usus Veterator, nova illi ogges
sit obstacula & motiva, quibus
ipsum, à bonis propositis, re
traheret. In hoc enim itinere
ut solet contingere hominibus
otiosis, qui nondum omnino, à
terrenis affectibus sunt liberi,
variæ cogitationes animo ejus
occurfabant: quas inter, una e
rat: quid esset acturus, si mor
tuo Marchione, suo fratre, sine
liberis, ipse hæres fieret Mar
chionatus? Et inani imagina
tione se pascens, ac si jam Mar
chio audiret, leges ferebat sub
di-

ditis, dilatabat Dominium, procurabat novos titulos. Atque his discursibus tempus terendo, appropinquabat Misilmelio, qui erat Ducatus Vincentij de Bosco, Patruelis, octo passuum millibus, Panormo dissitus, quando, veluti alter Saulus, cœlesti lumine perfusus, internam vocem audivit, quæ interrumpens varias imaginationes, hæc illi objectabat. *O te mente captum! cur tempus dissipas in ambienda mundi vanitate: tu, qui conditus es, ut cœlo potiaris? Quidquid hic desiderare potes, & habere, est vanitas, quæ te satiare nequit. Existima, te jam esse non paucorum, & exiguorum oppidorum, sed grandium, ac populo refertarum Urbium Dominum,*
pre-

præcipuis clarere dignitatibus,
quid aliud tibi accederet, quam
major molestia, in ijs gubernan-
dis; major sollicitudo, in conser-
vandis; major timor perdenda-
rum; major dolor, in iisdem tan-
dem cum vita deserendis; major-
que difficultas reddenda mihi stri-
ctæ rationis, de perperam actis, &
neglectis bonis. Non est felicitas
tua sita in possidendis, sed in con-
temnendis rebus universis, atque
in eo, ut nihil aliud ames, aut qua-
ras, præter me, qui solus te possum
satiare, & reddere beatum. Has
divinas voces, consecutus est
Religiosus quidam timor (in-
dicans præsentem DEUM, qui
illum ad se vocabat) ac tum
suavis animæ tranquillitas, cla-
ra vanitatum mundanarum co-
gni-

gnitio, desiderium vehemens,
earundem deserendarum, affe-
ctus, & animus patiendi pro
Christo: & imitatus S. Paulum,
respondit DEO monenti: *Do-
mine, quid me vis facere?* Ac-
ceptavit promptam oblatio-
nem DEUS, elegitque ipsum sibi
in servum, & replevit internè
suâ divinâ luce; quia mutatus
in hominem cœlestem, cœpit
cogitare, quomodo serviret, ac
placeret suo DEO ac Domino.
Tales cogitationes animo ver-
sans, pervenit Panormum, ubi
celebrabantur nuptiæ Marchio-
nis Fratris, solennitate ac splen-
dore, qui statum ejusmodi Do-
minorum decet. Eâ occasio-
ne, se probavit, in ludis dextrum
& peritum Nobilem, in conver-
sa-

sationibus autem, probum Christianum. Sed quia sibi DEUS cor ipsius, in templum assumptus, frequenter illum ad se accersebat, qui voci, cœlesti Magistri, obtemperans, à conversatione, quantumvis honesta, se subducebat ad abditissima conclavia, ubi discebat discipulorum, inter voluptates ac delicias, quibus servos suos cumulat DEUS, & eas quas suis sectatoribus propinat mundus, quàm veræ, & jucundæ illæ, quàmque fucatæ, & amaræ sint istæ, quàm cognitionem consequebatur illarum amor, istarum autem timor. Mirabantur, & collaudabant præclaros, & sanctos Francisci mores, ceteri Nobiles, ac discebant, non esse difficile,
abs-

absque DEI offensa, impendere
interdum nonnihil temporis,
recreationibus & oblectamen-
tis ludicris, exigente id amore
cognatorum, vel præcipiente
Principum autoritate. Per-
actâ eâ solennitate nuptiali, sol-
verunt triremibus Siculis, quæ
Marchionem delaturæ erant
Augustam, Sortino quatuorde-
cim milliaribus distantem; sed
tam horrida tempestas est exor-
ta, ut neque clavo obsequeren-
tur triremes, nec propter effe-
ratos ventos, regi possent vela,
adeò, ut coacti fuerint, in incer-
tum vagari, solius furentis tem-
pestatis ductu, & omni spe de-
stituti, præterquam illâ, quæ
ipsis affulgebat ex cœlo. At-
que crescente cum tempestate,
pe-

periculo, crescebat simul con-
fusio, augebantur etiam lamen-
ta navigantium; hi gemebant
quòd non ampliùs revisuri es-
sent uxores, ac filios; illi de-
plorabant imminentem vitæ ja-
cturam: sed Franciscus nosse
dolebat, intercepta esse bona
sua proposita, quòdque non
posset agere poenitentiam, ne-
que DEO perfectiùs servire,
quemadmodum decreverat. Re-
cordatus autem prodigiorum,
divinitus in aquis patratorum,
in gratiam Israëlitarum, confi-
dit sibi non defuturam, in hac
necessitate, divinam clemen-
tiam, & corde humili, atque
contrito, DEUM est hujusmodi
verbis affatus: *Mi DEUS, &*
mi Domine, qui es benignissimus,
& cle-

con Et clementissimus, nè respicias mea
men peccata, propter quæ castigari me-
ant reor; sed expende merita Christi
ri el JESU, Filij tui, ac Servatoris mei:
de recordare illum esse mortuum, ut
æ ja mihi promeretur vitam eternam:
oste da mihi, te obsecro, per pretiosam
ona ipsius mortem, nunc vitam tem-
on poralem; Et promitto, memet to-
ne tum tibi dare, quin Et totam vi-
ire tam meam consecrare, amori tuo,
Re ac servitio, in ea Regularum sua-
im rum observante Religione, in qua
im te à me amari, tibi que me servire,
nfi tua Majestati maximè allibuerit.
ha Placatus fuit D E U S, preces hu-
en milium & pœnitentium, semper
que benignè & amanter audire solit-
odi tus, qui per ea, quæ æstimantur
& infortunia, confirmare amat, ac
us, augere suas gratias: quo proin-
cle de

de volente, cessaverunt venti. De
conquievit mare, redijt serenitas, & triremes, resumpto, quæ
tas, & triremes, resumpto, quæ
cœperant, cursu, appulerunt. Vir
Augustam. Inde excedens Fran
ut
ciscus, infinitas, Servatori vitæ ret
reddidit gratias, & constabili ret
vit promissum ineundæ Religi pla
onis. Hinc abeuntes, perve ver
nerunt Sortinum, Sabbatho san hæ
cto, 28. Martij, 1592, & gaudia tun
repleverunt universos, qui, pro ex
pte tristissimum nuntium, de vo
periculo, quod in mari incurre ade
rant, magnopere fuerant affli lis
cti. Verùm, Franciscus stimu tut
latus consideratione recentium ser
gratiarum, sibi tam in terra tat
quàm in mari, à D E O collato me
rum, & memor promissorum, pu
de semet penitus dedicando gra

DEI

DEI servitio, absque mora quæ-
 sivit D. Marianum Giaccum,
 qui illi erat à Confessionibus,
 Virum æquè doctum, ac pium,
 ut ipsi animi sui sensa expone-
 ret, consiliúmque ab ipso cape-
 ret, quid sibi agendum foret, ad
 placendum DEO: & inventum,
 verbis, plenis cœlesti lumine, in
 hæc verba allocutus est: *Mul-
 tum jam temporis est, mi Pater,
 ex quo me DEUS vocat, ego verò
 vocantem non audivi: sed usque
 adeò invalescunt ejus voces, ut il-
 lis amplius resistere nequeam: sta-
 tui, tranquillandi animi ergò, de-
 serere patriam, cognatos, facul-
 tates, & abire Romam, ibique no-
 men dare Religioni, Patrum Ca-
 puccinorum.* Nihil, his dictis
 gratius, Confessario poterat ac-
 ci-

cidere: probavit sanctum pro
positum, animavit illum ad con
fidendum in DEO, quòd amoli
turus esset omnia impedimen
ta, monuitque, ut supersedere
cogitatione, proficiscendi Ro
mam, ne vocationem pericul
exponeret, ipsamque vitam
cùm posset, in Sicilia, ubi nosce
retur, faciliùs & celeriùs, satis
facere suo desiderio. Obedivi
animo docili, & sequutus est
consilia, optimi, conscientia
suæ, arbitri. Interea, antequam
illi concederetur potiri, exopta
tâ Religione, noluit tempus per
dere, quin daret bonum princi
pium, perfectioni Christianæ, &
inchoavit, à generali, peccato
rum, totius vitæ, exomologesi
semper utili, & sæpe necessario

fun

fundamento, volenti in suo corde, extruere magnificum templum Divinæ Majestati, ad ejus honorem & gloriam absolutam. Aggressus est isthanc erratorum expiationem, tanquam negotium maximi momenti, ad salutem suæ animæ, & cum justa de causa, tum ob communem lætitiã, tum ob amicorum, & parentum visitationes, eam posset differre, donec præterlaberentur festa paschalia, noluit: sed postridie sui adventûs, omnibus alijs rebus prætermisissis, dies aliquot continuos, lustrationi conscientie dedit, eosdemque, omnium diligentia & fervore, exegit. Nec se superari sinens, ab affectu famuli sui, liberalitas

Re-

Regis cœlestis, replevit illum egregio
 copioso, & efficaci lumine, quæ
 collustratus, agnovit fœditatem
 peccatorum, uberes profudit
 lacrymas, concepit ingentem
 odium sui ipsius: & non contentus,
 mulctare se pœnis contentus
 sicutis, insolitas quasdam adipecc
 venit; quæ, spectatâ delicatâ nequ
 lius complexione, & confidabili
 ratis circumstantijs temporiquâ
 utpote festivæ Anastasis Domper
 nicæ, censeantur importunæ, fecer
 inconsultæ; sed æstimato ipsius
 ardore, placendi suo DEO, sudans
 exigua, & expenso igneo spiritu
 tu DEI, à quo regebatur, sumis, t
 ordinatæ ac opportunæ. ter su

Sanctus erat ardor, quo se
 terius sentiebat uri, ut indu
 sacco, nudis pedibus, è domo
 egre

illum regressus, & oppido, perambulante, quærit solitarios campos, cum S. cedit Maria Magdalena, inter lacrymas & suspiria, quærens Dilectum suum JESUM. Atque festinantem coriâ secundâ & tertiâ Paschatis, sicut contantopere in meditandis suis ad peccatis exarsit, ut neque diei, neque personæ propriæ ratione confidens, post meridiem eâ horâ, tempore quâ Christus est crucifixus, condempertus rudi sacco nudipes conueniens, fecerit iter trium miliarium, in quo ipsius sanguinem usque se flagellans, sudans, perque tres stationes, ad Ecclesiam sanctæ Sophiæ Virginis, sicut totius oppidi, & peculiari-ter suæ Patronæ, & S. Petri, ac Deiparæ ab Angelo salutatæ, ut sibi gratiam impetrarent, & ad honorem Divinæ Majestatis: re-
egressus

C

di-

diitque, totus proprio sanguinem
 perfusus, & latus propter vincionem
 etiam sumptam de sua carne, nomi-
 que etiam ob imitationem Chribus a-
 sti flagellati. Tali præmildilecti
 apparatu ac dolore peccata comort-
 fessus, assequutus est consciæ brevi-
 tiæ pacem, animi gaudium, njus d-
 vos ac vividos amoris & coFranc-
 fidentia erga DEUM affectu ultra
 Placuit etiam DEO, excitare atque
 contemptum mundi, Franc motu
 scam nostrum, cogitatione pedin-
 mortis, sicut fecit B. Francis prop-
 Borgiæ, Duci primùm Gandilum,
 dein tertio Generali Societati mosi
 JESU, quem ex aspectu vultu verò
 Kabella Imperatricis, Conjugeo m-
 Caroli Quinti, turpiter per mo senta-
 tem deformati, à pompis sacnitat-
 laribus, traxit ad hanc min per v-
 mal

guimam Societatem. Erat in Mar-
vinchionis domo, Juvenis quidam,
ne, nomine Petrus Speranza, mori-
Chibus amabilis, & affectu sincero,
emildilectus à Francisco, qui obiit
a comorte propè repentinâ, post
sciebrevisimam infirmitatem. Cu-
n, njus defuncti cadaver, visurus
et coFranciscus, conclave ingressus,
fectultra modum est compunctus,
rare atque ut cooperaretur interno
ran motui Divini Spiritûs, sinè im-
ionpedimento, oclusâ januâ, & ex
ncis proposito contemplabatur il-
andulum, qui paulò antè, instar for-
ietatmosi floris erat spectabilis, jam
vultu verò decolor ac pallidus, & in-
njug eo mortis speculo, illi repræ-
rmosentavit Deus brevitatem, & va-
sæcilitatem vitæ præsentis, atque
min per vultum illum turpem, & ve-
mal

hementer defœdatum, ingen
 ravit ipsius cordi ingentem hor
 rorem, omnis fallacis, & mort
 lis pulchritudinis, unde lar
 illacrymans, inter profunda
 spira, è compuncto corde pro
 fecta, sibi ipsi dicebat: *Quid*
gimus, anima mea? quousque
mabimus vanitates, & sectabim
bona apparentia? Ab! deseram
hec vana, que cum vita perdu
tur, & eamus inquisitum verita
tem. Vita hec est misera, mor
incerta, que si subito, & ex impro
viso te aggrediatur, miserum
quomodo te tueberis? non en
altrà, post obitum, tempus peni
tendi; sed luendi acerbissimas pe
nas, pro commissis peccatis, & ne
gligentijs, in emendanda vita,
Divino servitio amplectendo. pra

De

tion

AD

di, ac

vi

gen
n ho
nort
lat
da
e pr
uid
que
bim
ram
rd
erit
mo
mpr
m
n en
oani
as p
S ne
a, a
pra
ut

veniamus igitur mortem; ut moriamur sanctè, moriamur mundo, & queramus DEUM, ac vitam beatam. Indè egressus, operam dedit tumulando corpori, & animam juvit pijs Missarum, precum, & elemosynarum suffragijs. Hæc omnia accepi à Patre nostræ Societatis, cui à Francisco, jam Religioso, fuerant narrata.

CAPUT IV.

De nova vitæ mutatione, quam instituit, deq; ejus pœnitentijs, & orationibus.

AD confirmandum decretum, DEO perfectè serviendi, addixit se, deditâ operâ, orationibus.

tioni mentali, cui multum temporis impendebat, utpote in medio efficacissimo, pro stabilendis, & perficiendis bonis propofitis. Quia verò, eo mortui venis fpectaculo, cordi ipfius imprefferat DEUS cogitatione mortis, consultum sibi fore ceffum form & lap traditur. lutin penfi quam altero tinua obitio nis d fpecto verò loca pulc si ref vend vitâ. lis, c anim ce

cessum, corpus remaneret de-
forme, ferretur ad sepulturam,
& lapide coopertum, oblivioni
traditum, pedibus conculcare-
tur. Inter hæc se cogitabat ve-
luti mortuum isti mundo, & ex-
pensis rebus antè dictis, tan-
quam jam peractis, degere in
altero. Utque vivam, & con-
tinuam haberet memoriam sui
obitûs, procuravit caput homi-
nis defuncti, quod interdum sibi
spectandum objiciebat, noctu
verò supponebat cervicali, col-
locando se in lecto, veluti in se-
pulchro, & manè surgebat, qua-
si resuscitatus à mortuis, ad vi-
vendum D E O, novâ ac sanctâ
vitâ. Sæpe defixis in illo ocu-
lis, dicebat: *Ubi sunt tui capilli,
animarum laquei? ubi oculi, cor-*

dium sagittæ? ubi lingua, org
 num iniquitatis? ô si post imin
 liceret cuipiam, ad miserabilem
 hanc vitam reverti, qui eâ dece
 sit, quot lacrymis elueret, quam
 pœnitentijs expiaret jaçturam
 temporis male impensi, vanitat
 bus & peccatis? quanto cum fe
 vore decurreret viam divinorum
 mandatorum? Merebar equ
 dem vitam perdere, sed cum ea
 mibi Divina bonitas conservav
 rit, totam illi consecro, ipsum se
 lum amare, eidem soli servire vo
 lo. In ista Christianæ Philoso
 phiæ Schola, penitiùs agnovi
 mundi vanitatem, ac malitiam
 peccati: ex qua cogitatione o
 riebatur destinatio, & ex hac la
 crymæ, firmumque propositum
 nullius committendi peccati

non

non gravis duntaxat, sed nec le-
vis, & vindicandi in semetipso
offensas DEI. Quàm porrò fir-
mum esset propositum, opere
ostendit, quia abruptit continuò
omnes occasiones, quæ illum
in malum possent inducere: de-
seruit conversationes, etsi in-
differentes, ac licitas, nè inuti-
liter perderet tempus, & conce-
ptum devotionis fervorem: ab-
horrebat verba, non modò illi-
cita, sed etiam jocosa, & otiosa.
Hæc Francisci mutatio, stupore
affecit omnes, qui illum nove-
rant naturâ præditum hilari, &
facetâ, atque sibi ipsis propè
non credebant, videntes illum
adeò repentè mutatum: & non
agnoscentes, hoc esse opus divi-
næ dexteræ, loquebatur de eo

C 5

quis-

quisque pro suo affectu, prout tanq
evenire amat in hujusmodi m ut li
tationibus. Alius ipsum cavi pend
labatur ut hypocritam; alius, nece
humore oppressum melâchol diffic
co, distrahebat; alius hortab & dil
tur ad præscindendum nov recip
istius vitæ filum, nè perditum priva
iret dulcem amicorum societ trum
tem, florem juventutis, vitam temp
ipsam. Sed non secùs, ac vel dispo
tus accensum ignem, novû p eam
tius suscitaverunt fervorem tion
ejus animo istæ contradicte cem
nes, & vesana dicteria, quàm tion
vel minimum concepti ardor ad la
ipsi diminuerint. Ac proinde ipsi a
cœpit vitam agere solitariam tion
ut dixisses Religiosum jam tur terer
in seculo, & uti ipsum ho tum
mundo, juxta dictum Apostol bus f

tan

tanquam non uteretur. Atque,
ut liberiùs ac ordinatiùs se im-
penderet studio perfectionis,
necessarium duxit, superatis
difficultatibus, domùs paternæ,
& dilectâ Fratrum societate, se
recipere in domum quandam,
privatam, vicinam templo Pa-
trum Capuccinorum. Illic sibi
tempus omne distribuit, & sua
disposuit exercitia, existimans
eam distributionem ac disposi-
tionem, matrem esse & nutri-
cem spiritûs. Primam cogita-
tionem matutinam dirigebat,
ad laudandum DEUM, gratias
ipsi agendas, & vacandum ora-
tioni mentali, post quam in-
tererat sacro Missæ officio, ac-
tum ultra horæ spatium, geni-
bus flexis, extrahebat preces vo-

cales coram Divinissimo Sacramento. A prandio, admodum moderato, invisebat quodpiantemplum, & audiebat vespertinam psalmodiam: sub exitum diei, partim libros pios legebatur, partim meditabatur, & orabat vocaliter, id quod multoties, vultu terræ appresso, peragebat. Post parcissimam coenam, aut, quam vocamus, collationem, discutebat conscientiam, atque alia obibat exercitia devotionis, erga sanctissimam Trinitatem, Christum Dominum, Beatissimam Virginem, & alios sanctos suos tutelares. Dum se vestibus exueret, ac indueret, nullius alterius admittēbat, quàm suarummet maternum obsequium. Lectus erat

ab

ab omni mollitie alienus, qui frequenter lacrymis irrigabatur. Somnus brevis, interruptus orationibus & poenitentijs: flagellabat se singulis penè noctibus, sæpe nudum corpus cilicio macerabat. Aderat frequens concionibus, non solùm tempore Quadragesimæ, verùm & aliàs, quotiescunque in quopiam templo concio haberetur. Ut porrò aliquantulùm hujusmodi vitæ rigorem laxaret, dabat interdum aliquam diei partem cantui, & instrumentis musicis, cujus recreationis socios habebat Sacerdotes, tam gravitate morum, quàm virtute conspicuos; vel etiam venationi. verùm utrinque captabat lucra spiritualia: ex musica, affectus de-

devotionis; ex venatione solitudinem, in qua effunderet cor suum coram DEO. Modum quem ea in re observabat, non relaxatio dicenda, sed corpori potius, ac animi, sanctum exercitium, quia comitem habens unicum famulum, cujus humero incumbebat bombardam, pedes, contemplabatur in speciosis floribus pulchritudinem, in sagacitate ferarum & avium sapientiam Creatoris. Atque quovis emenso mille passuum intervallo, ingrediebatur templum, ubi non modicum tempus tribuebat orationi: quod si quietis non nihil capiebat sub arbore, percurrebat horas precatorias Beatissimæ Virginis, vel legebat caput aliquod à libello

de

de contemptu mundi; ità ut
domum reverteretur, confecto
quinque circiter milliarium iti-
nere, incommodè ambulando,
& visitatis templis quatuor. O-
rationi, & pœnitentijs externis,
addebat subjugationem inter-
narum passionum: ad compri-
mendam superbiam, rejecit ve-
stes pretiosas, & quidquid spe-
ciem præferret vanitatis, con-
tentus vestitu simplici, & mode-
sto: ut liberum, à quibusvis ter-
renis cogitationibus, cor habe-
ret, nuntium remisit negotijs, &
curis seculi, adque omni se
exuit affectu erga pecuniam, ut
nunquam deinceps rationes ex-
pensarum, à dispensatore obla-
tas, revidere voluerit, quò sci-
ret, quid pro necessitatibus do-
me-

mesticis erogavisset, committens id illius conscientia ac fidelitati. Ut impuritatem vinceret, fugiebat conversationem foeminarum, & diligenter custodiebat sensus, praesertim visum, severè habebat corpus, negando ipsi omnia oblectamenta. Ut edomaret gulam, praecipit famulo, nè illi cibos apparatus delicatos, neque ex eo quaereret, quid illius palato magis arderet, sed praeponeret ei edulia communia, quibus indigentia corporis facere satis posset. Ut refranaret linguam, statuit pauca loqui, deque rebus tantum necessarijs, vel quibus alios ad bonum excitaret; atque tantum concepit horrorem, verborum ludicrorum, quibus antea,

cùm

cùm
gnor
è do
famu
sape
incit
sus d
Pate
stano
crym
med
ris:
sibi
DEO
ficat
testa
fessio
quen
liber
nibu
DEU

cùm esset naturæ affabilis, magnopere delectabatur, ut exesse è domo sua jusserit quendam famulum, ob id solùm, quòd sæpe facetias proferret, ac jocos incitantes ad risum, quem prorsus detestabatur, postquam illi Pater misericordiarum, degustandam præbuit suavitatem lacrymarum, quas profudit in meditandis doloribus Servatoris: verbò, id unum agebat, ut sibi repugnaret, cupiens soli Deo placere, & per hæc mortificationum exercitia, ut mihi testatus est, qui illi fuit à confessionibus, caro ipsius obsequens evasit spiritui, atque cor liberum ab impuris cogitationibus: quod donum concedit Deus verè pœnitentibus, & spi-
ri-

ritu ferventibus. Assequutu quoque fuit sanctum quendam & filialem timorem, propter quem anxie cavebat, quantum vis levia delicta, nè ullatenus contristaret DEUM, à quo se vehementer advertibat amari, & luminibus atque affectibus colestibus cumulari.

CAPUT V.

De ejus devotione, & sanctis operibus.

A Cordis compunctione, & affectuum refrænatione, illum promovit Divinus Spiritus ad meditandam vitam, & passionem Christi, in qua reperiebat stimulos efficaces, ad odio habendum se ipsum, & amandum suum

suum Servatorem. Ponebat si-
bi ob oculos effigiem Crucifixi,
& magno suo gustu ac fructu,
eam contemplantur, fundebat
lacrymas indices modò commi-
serationis, modò pœnitudo-
nis. Quotidie aliquâ se corporis ca-
stigatione mulctabat, amore
Christi crucifixi, & sextâ quavis
feriâ, ab omni eo abstinebat,
quod quampiam illi adferre
posset oblectationem. Ex om-
nibus exercitijs adiaphoris, nul-
lo ita recreabatur, ut venatio-
ne, cujus erat peritissimus, hoc
tamen die suspendebat sclo-
pum, suas cum eo immolans de-
licias Crucifixo: & interroga-
tus, cur id faceret, respondebat:
*Quomodo me recreem hoc die,
quo meus amantissimus Dominus,*

ac dulcissimus Pater, mei causa
tantis in tormentis vivere desijt
atque doloribus; ut Sol illi condo
lens, suâ se privaverit in fitâ ama
nitate, ipseq; peira scissa fuerint
Præterea, affligebat carnem fla
gellatione, ac sacro jejunio
quod sæpe in pane & aqua exi
gebat. Sub horam tertiam
meridie, specialiter memori
recolebat Christi mortem, ut
que plenè affectui suo indulge
ret, hoc eodem sancto die, sac
co indutus, adibat frequenter
Pantalicam reliquias cujusdam
vetustæ civitatis, ubi exstat tem
plum dicatum Christo crucifi
xo, cujus solitudo spirat devo
tionem. Isthic solus, com
plures impendebat horas ora
tioni. Nocte verò, ejusdem
diei,

diei, conficiebat quatuor circiter milliaria cum dimidio, invivendo templa, extra oppidum sita, viâ difficili, modò saxis & stirpibus, modò vepribus offendens pedes, seu prorsus nudos, seu soccis duntaxat cooptos, tolerando eam incommoditatem, & molestiam, amore patientis DEI. Nè verò conspiceretur ab alijs, egrediebatur domo, post unam circiter horam noctis, vestitus sacco, ibátque aliquantum remotus à suo comite, ut posset liberius DEUM alloqui, eique cor, amore ipsius flagrans, inter suspiria & lacrymas pandere. Numerabat in hoc silentio, preces Mariano Rosario, unáque contemplabatur mysteria Domini-

ca

cæ Passionis, ac dolores, DE I sacco
 Filio toleratos. Apud singu pulch
 las ædes sacras, quas dictum est pera
 fuisse quatuor, hærebat, inte fereb
 gram propè horam orationi im Cruc
 pendendo. Sub octavam no bras
 ctis horam, domum reversus tentu
 conferebat se ad lectum, ut ita intra
 quod fecerat, etiam domesti quæ
 cos lateret: Hæc omnia, pol tiens
 obitum Francisci, mihi is, qu milit
 illum, in sacris hæc stationibus pes,
 comitabatur, recensuit. Cele usqu
 brabat devotè solennes Christi atqu
 ferias, præsertim Septimanam nibu
 sanctam, quã se, solito amplius habe
 recolligebat, arctiùs jejunabat ctu, f
 diutiùs meditabatur: & quinti dere
 ejusdem feriã, associabat se So cruci
 dalitio sinè macula Concepti xus f
 Virginis, cui erat adscriptus nera
 sac

DEI sacco indutus, & invisebat se-
ngul pulchra, atque nudipes, ad Im-
mell peratoris Heraclij exemplum,
into ferebat humeris lignum sanctæ
i im Crucis, decem, duodecimve li-
a no bras ponderans. Neque con-
rfus tentus, interdum visitare templa
at ita intra oppidum, adibat noctu,
nefti quæ extra illud sunt sita, eme-
po tiens ultra quatuor milliaria, si-
, qu militer gerens saccum, & nudi-
ibus pes, subinde verò, ad sanguinis
Cele usque profluvium, se cædens:
hrifti atque in acerbis hisce afflictio-
nam nibus, aliud nihil propositum
pliu habebat, quàm ut majori affe-
abat ctu, sui que castigatione, respon-
uino deret speciali amori, quo illum,
e So crucifixus Dominus, comple-
cepti xus fuisset. Præcipuo cultu ve-
ptus nerabatur sanctissimum Sacra-
fac men-

mentum, quòd certum sit pifferium
gnus Divini amoris, atque Palbatur
fionis Dominicæ monimentum ginta
quem quomodolibet, demonageba
strare connitebatur, & in pexo, re
mis, in eo piè frequentérque suram m
mendo; utpote omnibus festido pre
Christi Domini, & benedictæque tu
jus Matris, nec non quorundam termi
sanctorum suorum Tutelarium las ad
singulis præterea Dominicis, Anni pos
sextis ferijs, totius anni. Invenem.
sebat quoque illud quotidie, ctione,
multum temporis exigebat, vaproce
cando orationi, coram Divinense
Eucharisticis obvelata specieburâ, sac
Majestate. Non tantùm bis tum,
quotannis, in Congregatione templ
cui nomen dederat; sed in om passibu
nibus insuper alijs Ecclesijs, in public
quibus hoc Augustissimum Myerat

ste

...t pifferium adorandum proponere
...abatur, & preces, quas quadra-
...tunga horarum appellant, per-
...non agebantur, utroque poplite fle-
...puxo, reverenter orans, ultra ho-
...e suam morabatur. Quòd si quan-
...festudo preces fuerunt nocturnæ, ne-
...tæque tum devotionem suam in-
...dat mittebat, imò promptiùs il-
...iulas adibat, quòd liberiùs oratio-
...is, nisi posset associare mortificatio-
...Invenem. Pro hujus rei confirma-
...e, dtione, jurati testes facti sunt, in-
...t, va processibus de eo institutis,
...vina mense Aprili, quartâ noctis ho-
...ieburâ, sacco indutum, & ex alcea-
...bitum, ingressum esse cryptam,
...ont templi sanctæ Sophiæ, mille
...om passibus ab oppido distiti, ubi
...s, in publicæ venerationi, expositum
...Myerat sanctissimum Sacramen-
...tum,

tum, ibidémque devotè, florum,
 genibus orantem, horæ scians,
 tium superavisse, atque ardo sacco
 interni affectûs, molestiam laborum
 gæ, & incommodæ viæ, quæ ergò,
 nudipes emetiebatur, vicissim ab alijs
 Solenne etiam illi erat, combât:
 ri Cœlorum Regem, cùm deposito
 retur ad ægros, in viaticum testati
 contigitque aliquando, unibus
 mensa surgeret, ac abrumpent
 prandium. quo tam pium, dolore
 laudabile obsequium, suo dum c
 mino præstaret: singulariter modum
 ficiebatur solennitati Corporum
 Christi, quam toto cordis ad delica
 ctu celebrabat. Pridie jejuniæ & viæ
 bat, pane solùm & aquâ ferre carnem a
 ciens, ipso verò festo, piè reversu
 crum epulum sumebat: ac dem ab
 inde, eundem Panem Angelorum comm

ferum, suis se Consodalibus asso-
 cians, in celebri supplicatione,
 do sacco itidem vestitus, comita-
 m lobatur, & majoris venerationis
 qua ergò, nudatis pedibus, id, quod
 ciffab alijs ignobilioribus non fie-
 omi bāt: & fuit quando, ut inter-
 delposito juramento, nonnulli sunt
 ricu testati, jam dictis, sui afflictatio-
 ut nibus, adjunxit aliam, quæ illi
 mpe ingentem molestiam attulit, ac
 m, dolorem; dum nimirum, nu-
 ro dum corpus, thorace laneo, ad-
 iter modum hispido, constrinxit,
 orpo qui, quòd esset complexionis
 is a delicatæ, æstus foret vehemens,
 eju & viæ spatium longum, adeò
 feru carni adhæsit, ut illum, domum
 pie reversus, volens exuere, unà pel-
 ac lem abstraheret, quod lacrymas
 nge commiserationis elicuit ei, cu-

jus operâ, in exuendo, usus foris me-
rat, ipso interim exultante. naxi.
lijs diebus, per ejus festi O. Ex
vam, aderat sacris Missæ, & amore
Divinis officijs, cum silentio, move
reverentia, intentus oratione torun
tum mentali, tum vocali. Pium.
Christum Dominum, omne quòd
suam spem collocavit in Bea Sophi
sima DEI Parente MARIA, qui cessor
amabat, & venerabatur spec credu
affectu, tanquam suam Domis, e
mm ac Matrem: in cujus bliam,
nozem, quotidie, flexis genib Sortir
recitabat Rosarium & Officiu hono
quod ob nullam unquam otione,
cupationem, intermittebat. ab in
junabat quovis die Sabbathi, non c
frequenter, præter panem & visere
quam, sumebat nihil. Festa in tem
lius solennia, celebrabat de cato,

us fuis meditationibus, & sacrâ Sy-
e. naxi.

Od Ex Divino, quo flagrabat, a-
& amore, enascebatur zelus pro-
tio, movendi cultum DEI, ac San-
tionctorum, & charitas erga proxi-
- Pimum. Atque animadvertens,
nne quòd sanctæ Virgini ac Martyri
Bea Sophia, quam ex antiqua, ante-
, quæcessorum traditione, Oppidani
pec credunt, tempore persecutio-
Donis, ex Græcia venisse in Sici-
us liam, & specum quandam, ad
enib Sortinum, incoluisse, debitus
ficiu honor non deferretur, ex devo-
m tione, quâ huic Sponsæ Christi,
pat. ab infantia sua, erat addictus,
thi, non contentus, eam frequenter
n & visere, & piè venerari, curavit.
esta in templo, nomini ejusdem di-
t de cato, exstrui Sacellum, ac Divæ

Martyris pingi effigiem. Co
stituit præterea, perpetuùm
raturas impensas Sacerdoti,
ibidem, in honorem sanctæ Pe
theno-Martyris, non sinè inco
mento popularis pietatis, qu
nis vicibus, quothebdomad
ad Aram sacris operaretur.
que hoc beneficium, gratia
mi ergò, suo primùm contul
Confessario. Erat magnop
propensus ad benefaciend
Religiosis: suis sumptibus, p
movit fabricam Conventûs
cti Francisci Assisnatis, sui p
cipui Tutelaris: & exstruxit
mitorium, in Cœnobio Mon
lium S. Benedicti, intellige
quàm DEO sint charæ Virgin
obsequio ipsius dedicatæ.
dixit commodos redditus,

Co-
um
ti,
tæ
inc
s,
ma
ur.
ati
ntul
nop
ndu
us,
tū
cui
xit
Mon
lige
rgin
is,
ti

tandis honestè natis puellis,
quæ suam D E O vellent conse-
crare virginitatem, viveréque
in claustris religiosis, nec tamen
possent, propter inopiam: post-
quam autem nonnullæ, eâ fuif-
sent gratiâ fruitæ, mutato con-
silio, adjecit animum ad præ-
stantius opus, quod illi, præmis-
sâ oratione, D E U S inspiraverat,
attribuitque eosdem redditus,
sustentationi Tironum cujus-
dam Religionis. - Sciens quo-
que, quasdam puellas, ob penu-
riam, in periculo versari, per-
dendæ pudicitia, exemplo san-
cti Episcopi Nicolai, submitte-
bat illis clàm pecunias, ut eas
conservaret in gratia D E I. Alias
verò passas miserabile naufra-
gium, erutas è servitute, & jugo

pessimo peccati, suis eleemo-
 nis, collocavit in portu sancti
 Matrimonij. Perquam tene-
 sentiebat miseras egenorum,
 cuilibet, quocunque tempore
 utcunque ipsi incommodo,
 more DEI, impertiebatur
 pem, præceperátque famulis,
 ancillis, ut nè ullum mendicum
 è domo, quin aliquam eleem-
 synam referret, sinerent abire.
 Multò magis fluxit ipsius cha-
 ritas, anno 1592. quo DEO
 cuit, gravi Siciliam, & insolite
 fame exercere. Tum nunquam
 non erat promptus, ad subven-
 vandas communes ærumnas,
 profundebat sua omnia, utque
 multorum posset satisfacere
 indigentia, multum pecuniam
 cujus censum penderet, mutua-

rus est. Non rarò audiens, ob
communem annonæ caritatem,
domi non adesse panem, præter
illum, qui mensæ fuerat illatus,
hunc ipsum, imitatus sanctum
Jobum, cum paupere partieba-
tur, & quandoque totum dabat:
quin etiam sacco assumpto, cor-
rogabat stipem pro pauperibus;
subveniebat captivis, & com-
plures liberabat carceri manci-
pato, propter debita civilia,
quæ eorum loco solvebat, præ-
sertim, quando absens, ad bre-
ve tempus, Marchio, illi regi-
men oppidi committebat.

Longe major erat ejus zelus,
quo ad incrementum divini ho-
noris, proderat animabus; dum
ad laborabat quàm studiosissi-
mè, exemplis ac verbis, multos

D 5

à pec-

à peccatis, ad gratiam, & frequentanda Sacramenta pertine-
 here: alios autem, alloquutus
 plenis fervore, hortabatur
 contemnendas vanitates seculi
 & ingressum cujuscumque Religio-
 nis, in qua regularis vigeret
 disciplina: & verò utrumque
 ad DEI gloriam, reipsâ con-
 quebatur. Inter prædicta exer-
 citia, augebatur ipsius deside-
 rium, deserendi seculi, cujus va-
 nitate perspectâ, vehementer
 illâ detestabatur, sæpe de ea
 perquam contemptibiliter dis-
 ferens. ~~Quæ~~ verò optabat,
 tam agere veluti solitariam, in
 continuis corporis afflictatio-
 nibus, & contemplationibus
 quasi concivis Sanctorum, dele-
 git sibi Ordinem Patrum Capu-

cino
 xim
 tum
 præ
 mû
 peri
 spid
 & re
 bus
 neo
 te p
 aspe
 ad C
 ut i
 finè
 ret.
 la, c
 cus
 dur
 me
 Ma

cinorum, quem existimabat, maximè suis propositis, commodatum. Atque, ut erat singulari præditus prudentiâ, voluit primum vitæ illius asperitatem experiri. Induit tunicam, ex hispida ac aspera lana contextam, & remotis delicatis linteaminibus, cubabat nudus, inter laneos duos centones. Crescente porrò, cum fervore, majoris asperitatis desiderio, recepit se ad Conventum Capuccinorum, ut illis, tanquam unus ex ipsiis, sinè ulla exemptione conviveret. Habitabat in exigua cella, dormientis stratum erat, sacculus stramine fartus, & interdum sarmenta vitis. Surgebat mediâ nocte, ad Psalmodiam Matutinam, aderatque in cho-

ro horis omnibus Canonicis
 precibus, servabat communem
 regulam silentij, diverberatio-
 num, jejuniorum, victus, & ca-
 terorum omnium, quæ tam pro-
 denter, & exactè peragebat,
 omnibus esset admirationi, a-
 solatio, Angelos repleret gau-
 dio, DEO tribueret gloriam.
 Obijt interea Franciscus Mo-
 cata, Princeps Paternensis: au-
 dito tam tristi nuntio de suo Pa-
 truele, Consanguineo & amico
 intimo, dixit animo intrepido
*Quàm labilis est vita nostra
 quàm caduca mundi gloria! quomodo
 in ullo sit desiderabile, quod de-
 fuisset huic Principi? non abun-
 dantia divitiarum, & splendor
 Nobilitatis; non excellentia rituum
 lorum, eminentia dignitatum, &*

honorum; non formæ elegantia,
vel scientia; non liberalitas, cle-
mentia, pietas, aliæq; virtutes
Christiane, adeò, ut videretur
longiore dignus vitâ; & ecce, in
ætatis suæ vere, vivere desijt, at-
que gloria illius, quasi flos campi,
cum occasu vitæ cecidit. Novi-
te, fallax munde, brevè te dese-
ram, ut in tuto collocem salutem
meam. Istâ consideratione, il-
lum invitabat *Deus*, ad perfe-
ctum sui amorem; cui ut me-
lius indulgeret, solebat absce-
dere in sylvas, aliquot millibus
passuum distans Sörtino. Tbi,
dum quâ voce, quâ spiritu,
DEUM invocaret, foris illi re-
spondebant sylvæ, intus DEUS;
tanto animi solatio, ut, quod
mihî ab ejus famulo relatum
est,

est, oblivisceretur reficiendi
bo corporis, pascens se lacri-
mis, ac delicijs cœlestibus.

CAPUT VI.

*De modo, quo delibe-
ravit ingredi Societatem
JESU.*

PER studium orationum,
continua pœnitentiæ ex-
citia, quibus sibi solidas con-
parare volebat virtutes, & pe-
tingere ad unionem cum DEO,
itâ vires corporis attrivit, ut,
pervenientibus æstivis caloribus,
in gravem morbum incid-
rit. Multum eo Marchio, cum
alijs Fratibus, fuit afflictus, &
omnêmque adhibuit operam,
Frater sibi adeò charus, sanita-

redderetur, & ex privato domicili-
o, jussit illum perducere ad Ca-
stellum, ut presentis meliorem
posset curam gerere. Non pla-
cuit bono DEO, è medio tollere
tam nobilem florem, initio vi-
tæ sanctioris, quamvis ipse id o-
ptaret, ideóque ad mortem se
disposuisset, susceptis Sacra-
mentis, quæ sunt infirmorum
præsidium, & viaticum, sed
voluit, ut igne infirmitatis pro-
batus, diffunderet odorem sua-
rum virtutum, quod factum est,
quando se, in omnibus dolori-
bus, exhibuit patientem, obe-
dientem medicis, modestum in
verbis & actionibus, resignatum
in divinas manus, quæ omnia,
in ejusmodi juvene seculari,
sunt eximia. Mirabilius erat,
quòd

quòd nollet admittere obsequium
fœminarum, nè quidem ipsum
Marchionissæ, suæ cognatæ, cu-
pientis, veluti ex officio bene-
volentia, aliquid ægroto exhibere
servitij: ac propterea, quamprimum
aliquantulum convaluit, repetijt suam do-
mum. Sumpto experimento ex morbo,
quo Franciscus fuerat correptus,
propter nimiam austeritatem, & afflic-
tiones corporis, venit in mentem Mar-
chioni, illum non esse parem sufferendo
rigori, vitæ Patrum Capuccinorum,
hortatusque est ipsum, ut maturius rem
perderet, superque ea consuleret viros
religiosos, ac prudentes. Fecit ille
utrumque, & contulit sua consilia
cum Patre quodam

Cap
tis.
tu j
gio
ven
ret
tru
qui
con
ten
des
mo
pœ
bec
lite
apt
stru
salu
quo
gra
aff
Ca

Capuccino, viro magnæ virtutis, ac iudicij. Is explorato statu Juvenis, illi respondit: Religionem suam, ipsi minimè convenire, adeoque potiùs adjiceret animum ad Religionem Patrum Societatis Jesu, in qua quisque, cujuslibet sit statûs & conditionis, vivere queat contentus: cùm in ea, cui vires non desunt, ac devotio, habeat commoditatem, peragendi multas pœnitentias; qui verò est imbecillis, excolendo ingenium, literis, & animum virtutibus, aptissimum possit evadere instrumentum Divinæ gloriæ, & salutis animarum procurandæ, quod est perfectius, Deoque gratius opus, quàm solitudo, & afflictationes corporis. Sub idem

tem-

tempus, se Marchioni obtulit,
occafio, evocandi Syracufis, Pa-
trem Casparum Paranympum
Concionatorem noſtræ Socie-
tatis, qui vixit & obiit, cum o-
pinione magnæ virtutis, inſi-
gniter dotatus gratijs cœleſti-
bus, ex cujus religioſa, & ſua
converſatione, Franciſcus tan-
topere profecit, adeóque illi
delectabatur, ut nihil illi eſſet
gratius, quàm ipſum audire lo-
quentem, aperire eidem con-
ſcientiam, ac pandere ſua ſenſa
ut ab illo meliùs, in ſua voca-
tione, dirigeretur. Et quia
modus, quo ſe diſpoſuit ad in-
telligendam Divinam volunta-
tem, non eſt vulgaris, referam
hîc ipſum, ut perſpiciatur ejuſ-
prudentia, in rebus, ſalutem

an

animæ concernentibus. Impri-
mis abjecit omnem cogitatio-
nem, de quibusvis negotijs &
curis temporalibus, tum sibi in-
terdixit conversationem, de-
nuóq; incubuit, memorandis
totius vitæ erratis, & expiandis,
eò, quòd jam majorem pecca-
torum haberet notitiam: & ut
majori cum puritate conscien-
tiæ, se pararet ad suscipiendas
coelestes illustrationes; repe-
tijt exomologesim, iterúmque
delicta juventutis suæ recensuit
Patri Casparo, nova præseferens
doloris indicia, ac desideria ser-
viendi D E O, valere jussu mun-
do: tum conatus animum tran-
quillare, & componere, ut con-
sisteret in æquilibrio, præstola-
batur indifferenter DEI nutum,
quem

quem exequeretur. Proposuit
sibi finem, ad quem fuerit crea-
tus, utpote ad serviendum Deo,
ipsúmque reverendum, & lau-
dandum sanctum nomen ejus,
atque hoc modo obtinendam
salutem, & fruendum æterno il-
lius conspectu. Deinde confi-
derans, ad hunc finem, per mul-
tas ac diversas procedi vias, va-
riósque vitæ, seu Laicalis, seu
Ecclesiasticæ, seu Religiosæ, sta-
tus decrevit se, majori cum se-
curitate, & solatio, posse incum-
bere in salutem, & perfectio-
nem propriam in Religione,
propter bona, quæ in ea reper-
untur, gratiæ, auxilia spiritua-
lia, directionem superiorum,
bonum exemplum, & protecti-
onem DEI, sacratissimæque Vir-

gin
qui
ess
des
& d
scu
Or
por
ab
rò
So
nif
Ca
Rel
tat
mi
ha
Qu
qu
de
nu
gi

ginis. Ulteriùs progressus, dis-
quisivit, qualisnam sibi Religio
esset eligenda. Hinc quidem
desiderium afflictiandi corporis,
& devotio erga sanctum Franci-
scum, illum trahebant ad ipsius
Ordinem; at imbecillitas cor-
poris, ac delicata complexio,
ab eodem revocabant: indè ve-
rò opinio concepta, de nostræ
Societatis sanctitate, quam ma-
nifestè videbat relucere in Patre
Casparo, stimulabat ad nostram
Religionem, atque in ista hæsi-
tatione, statuit rem totam com-
mittere Divinæ dispositioni,
hanc verò sortilegio explorare.
Quod etsi ordinariè non liceat,
quandoquidem hac ratione vi-
deatur tentari DEUS: nihilomi-
nus, dum alio meliori modo,
non

non possumus investigare Divi
nam voluntatem, licitè sit, de
bita cum reverentia; & factum
novimus, in electione Apostoli
S. Matthiæ. Quapropter, quàm
ardentissimè expetijt, Religioso
rum ac Monialium, habitan
tium Sortini, ad intentionem
suam, directas preces, quibus
addidit eleemosynas ac jeunia
cùmque unam schedarum, qua
in calicem, altari superpositum
injecerat, quibus nomina, & si
gna duarum Religionum, inter
quas hærebat dubius, inscripta
fuerant, exemisset, obtigit illi
sorte Societas J E S U. Dicitur
quit, quanto fuerit perfusus
gaudio Franciscus, quòd tali in
dicio certior redditus esset, de
Divina voluntate, quam tanto

NOT

per

pere exoptabat, & indagabat. Resumpsit exercitia orationis, ac poenitentiarum, quarum nonnullas, propter diuturnum morbum, intermiserat: scripsit deinde subito Patri Bartholomæo Riccio, tum Provinciali Societatis nostræ, multis precibus flagitans, in eam admitti, atque is, intellectis ipsius dotibus, respondit, se sperare, brevi fore, ut ejus desiderio satisfiat. Cœpit in illo confestim germinare spiritus nostri Instituti, quando non solum salutis propriæ curam gessit, verùm & alienæ, præsertim invigilando suis famulis, ut peccata, per Poenitentia Sacramentum expiarent, semel saltem in mense, id quod diligenter ab ijs observari voluit,

luit, ità, ut quendam, secùs fa nerav
cientem, domo suâ exesse julle tûs,
rit. Cùm ità ferveret, recidi ac fe
in morbum: sed brevì revalu ptum
quamvis etiamnum nonnihil tium.
langueret. mon

CAPUT VII.

*Quomodo Franciscus
superatis nonnullis tentationibus
abiit Sortino, ingressurus
Societatem.*

Multas, & graves difficultates, in principio suæ Con-
versionis ortas, ex animi passio-
nibus, neque minores deinceps in quo
in castiganda carne, delicat tinent
nutrita, est perpeffus. Verum na, qu
tamen, tantum fuit odium vitæ arte,
præteritæ, quod ipsi Deus inge prabi
no

neravit, tantusque ardor spiri-
tus, ut illis evaderet superior,
ac feliciter proficeretur, susce-
ptum Divini obsequij nego-
tium. Sed quamprimum Dæ-
mon advertit nova Francisci
consilia, de nostro Ordine, cu-
jus semper fuit hostis, mille ma-
chinatus est technas, ut ipsum
averteret à proposito. Atque
in primis ipso instigante (sicut
credibile est, ac Franciscus re-
tulit Confessario, hic autem
mihi) convenit illum quispiam,
atenus nunquam ab eo visus,
exposuitque ipsi, repertum à se,
in quodam loco territorij Len-
tinenfis, esse certum genus are-
næ, quæ facilè, industriâ suâ, ac
arte, commutaretur in aurum,
præbito, nî fallor, etiam illi hu-
jus

E

jus

jus chrysopeiæ specimine, quam
 promisit fore, ut operâ suâ di- sus es-
 sceret,, si auxilio sibi adesset, tum
 favore. Miratus Juvenis, ad locur
 novam insinuationem, qui se pr
 tum cor suum, in thesauris quem
 lestibus collocaverat, existim hilon
 vit esse vanam, & amandavit rum,
 ternuntium Sathanæ, qui huj mate
 modi fraudibus, illum nite nem
 tur pertrahere ad perditione gente
 Majus ipsi periculum adscivi Latet
 sequens occasio, cùm, despo mitte
 fante sibi Sororem ejus Ant nem
 niam, Casparo Porto, tum B tantu
 rone, post Comite Sommatio ut ill
 ludi peragerentur anteciner mitte
 les, anno 1593. fuit summo- lia ex
 rogatus, ut assumptâ larvâ, lum p
 teresset communi lætitiæ. hilon
 ctus tandem multis precibus ista in
 qua

quamvis invitus, perduci se passus est in publicum, ad destinatum, personatorum spectaculis locum. Ut verò ostenderet, à se prævideri hamum diaboli, quem ipsi pararet, & sperare nihilominus, se ab eo fore liberum, in symbolo suo ac emblemate, pingi jussit cacodæmonem, qui piscem captabat argenteum, hoc addito lemmate: *Latet hamus in esca.* Deo permittente, ad ipsius humiliatignem, & nostrum exemplum, tantum hostis infernalis effecit, ut illum pertraxerit, ad intermittenda aliquantùm spiritua- lia exercitia, non tamen in ul- lum peccatum: usque adeò, ni- hilominus, ipsi fuit pernicio- sa intermissio, solitarum ora- tio-

tionum, & pœnitentiarum, ut
 nonnihil fuerit tentatus, de
 ferendo ingressu Religionis
 quod ipse jam Religiosus, Fra
 testatus est. Tantum obest m
 dicus, spiritualium exercitati
 num neglectus, inter noxia
 empla. Animadvertens Co
 fessarius, Juvēnem periclitat
 de perdenda bona parte eoru
 quæ bene gesserat (quia no
 ignorabat, quòd, quemadm
 dom Ismaël Isaacum, ita ca
 spiritum, persequatur ludend
 abiturus Sortino, ad dicend
 pro concione, per tempus ve
 ni jejuniij, in oppido quoda
 vicino, inter valedicendum,
 ternè illum commonefecit,
 sibimet ipsi invigilaret, dā
 nem enim satagere, ut ipsum

ducatur in peccatum aliquod leve, inde verò promoveatur ad grave, atque tum irreparabiliter præcipitet: recordaretur quoque mutationem vitæ in melius, fuisse opus Divinæ dexterae, & electionem Societatis Jesu, gratiam cœlitus collatam, ideòque conaretur potius respondere tantæ clementiæ, sibi à Deo exhibitæ, quàm ipsum provocare ad indignationem, ac propterea resumeret quantumcunque sua consveta exercitia devotionis. His verbis, & memoriâ Divinæ misericordiæ, quam in se adeò munificam fuerat expertus, colliquefactum est cor Francisci, ut ubertim lacrymans, pollicitus sit Consummatorio, observaturum se omnia,

nia, quæ ipsi commendaverunt.
Non permisit DEUS, ut Juven
quem tot gratijs jam cumularat,
à coeptis desisteret, pot
tiorque hostis communis esse
ad extinguendos igniculos, b
norum propositorum, quæ
Divina ipsius bonitas, ad
confovendos, id quod perfe
concionibus quadragesim
bus, ac repetitis mortificac
nis, & orationis studijs.
strema, quâ Princeps hu
mundi, ad impugnandum
vum DEI processit, via fuit,
gerere ipsi spes vanas hono
ac terrenorum bonorum. C
etenim morti esset proxima
Dominus Petrus, Filius prim
genitus Marchionis, quem
genuerat Domina Anna, filia

Joan
Ave
que
No
der
adi
chic
gen
Ma
lijs
stio
resp
uti
spui
me
illu
fall
DE
ren
cer
pre

Joannis Aragonij, Marchionis Avolensis, neque alium relinqueret hæredem, per quosdam Nobiles, ipsi conatus est persuadere, nè apertum sibi negligeret aditum, ad capessendum Marchionatum, tanquam secundo genito, nullo præterea existente Marchionis Fratris hærede, si alij liberis careret. His suggestionibus animosè Franciscus respondit: *Apprimè intelligo, uti nepotem meum, sic & mere-qui à mundo, priusquam autem me mundus deserat, præveniam illum ego, ac deseram: imò, si infallibiliter mihi constaret, velle DEUM, unà cum filio, ad se, Parentem evocare, forèmq; ego certus ipsius successor, non propterea desisterem à mea vocatio-*

ne, quæ mihi est charior omnibus
Principatibus, ac Regnis mundi
Migravit ex hac vita nepos: a
que Divina manus, quæ illum
aspectu mortui adolescentis
primùm ad vitam sanctam pro
moverat, ac subsecuto Princip
Paternensis obitu, confirmav
rat in sanctis propositis vitæ Re
ligiosæ, tandem ipsum, acci
dente morte nepotis, evulsit
mundo, & introduxit in Re
gionem, Paradisum terrestrem
Interea accepit literas, coopt
tum se jam esse in Societatem
posseque proficisci Messaniam
& auspicari Tirocinium. Non
potuit illi significari quidquam
jucundius, & felicius. Subito
acceleravit abitum, atque licet
rogaretur, ut magis confirmare

vires corporis, ac transigeret prius festa Paschalia, pro solatio Fratris afflicti, ex morte Filij: nihilominus, optans se expeditere mundi miserijs, & laqueis diaboli, ac DEO consecrare, dicebat: *Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.* Dispensavit omnia sua (secundum Servatoris consilium) pauperibus, & in opera pia. Atque præmissâ hac face accensâ sanctæ eleemosynæ, securus se viæ dedit primo die Paschatis. Placuit magnopere DEO ardens iste affectus, in deserendis, tanta cum solitudine cognatis afflictis, ac bonis seculi, auctis adeo eorundem spebus: & ingenti, illum perfudit in via solatio, imò in ipso veluti egressu, ex

domo paterna, promittens illi
 (quemadmodum olim S. Pat
 archæ Abrahamo fecerat) fo
 se ejus protectorem, præbit
 rúmque ipsi opes cœlestes,
 copiosam propaginem virtu
 tum: stabilivit quoque promi
 sum, pignore interni gaudij,
 dulcissimarum lacrymarum: et
 jus beneficij, semper deinceps
 memor vixit Franciscus, utque
 & nos ipsius essemus consci
 inspiravit ei DEUS, ut illud ad
 notaret his verbis: *Abiens Ser
 tino, habui ingens animi gau
 dium, & profudi copiosum im
 brem lacrymarum: sequeba
 túrque alia, quæ ego non pote
 ram legere. In itinere, præ
 buit bonum exemplum omni
 bus, neque intermisit demon*

stra

stra
 hæ
 qu
 in
 pro
 dé
 ras
 suc
 ten
 rò,
 ten
 ret
 me
 me
 gra
 tur
 In
 P

strare, qualisnam spiritus esset
hæres: quia suis sanctis allo-
quijs, convertit ad DEUM, duos
in exilium ablegatos ex patria,
propter commissa scelera, eos-
demque commendavit, per lite-
ras, Marchioni Fratri, ut illis
succurreret in necessitatibus
temporalibus, Confessario ve-
rò, qui mihi id retulit, ut salu-
tem animæ ipsorum procura-
ret, per Confessionem sacra-
mentalem. Quâ quidem com-
mendatione factum est, ut ijs
gratiosè, in utroque subvenire-
tur.

CAPUT VIII.

*Ingreditur Societatem**JESU.***P**ervenit Messanam, 21. Au-
gu.

E 6

gusti, Anni 1593, & nullâ interpositâ morâ, se contulit ad domum Tironum. Hic, priusquam aliud ageret, ingressus templum, DEO gratias egit quòd se, ad sanctam suam domum perduxisset, depositisque insignibus nobilitatis secularis se per manus DEIPARÆ Virginis sacræ, Filij ejus JESU, militi addixit, ætatis numerans annos tres & viginti & sex menses quatuor, tantâ animi promptitudine, & vultûs hilaritate, ut omnibus esset admirationi, atque exemplo. Susceptus deinde cum exhibitione religiosæ charitatis, à Patre Rectore ductus est ad conclave, ubi pro more nostræ Societatis, etiamnum hospes, maturiùs expenderet a

nimi
cere
fect
istud
vis n
ea se
sens
Divi
sanct
nibu
men
clusi
cto,
tion
nebr
inte
Sacr
prec
nis,
pio
nem

nimi sui decretum, & prima jaceret fundamenta religiosæ perfectionis. Pluris angustum, istud habitaculum fecit, quovis magnifico palatio, atque in ea semper chara solitudine, sibi sensit dilatari, & incendi cor. Divino amore. Transigebat sanctè diem, quatuor horas, genibus flexis, dabat orationi mentali, ostio & fenestris occlusis, ut animo minimè distracto, meliùs sacræ commentationi posset vacare, pèrque tenebras illas, ingredi in lumen internum. Cæterùm, aderat Sacro, persolvebat Officium, & precatorem, Intemeratæ Virginis, coronam; volvebat libros pios, juvantes ad compunctionem; discutiebat conscientiam, pro

pro Exomologesi generali; in
 compendio dicam, toto animo
 adnifu, & omni adhibitâ operâ
 à DEO exposcebat cognitiones
 suorum erratorum, sanctam, &
 illa, erubescens, & lacry-
 mas, quibus eadem elueret. La-
 cèt verò hæc recollectio com-
 munis sit, ingredientibus no-
 stram Societatem; ipse tamen
 in ea se peculiari modo gessit,
 insignes DEI est expertus favo-
 res: quia speciali cœlesti lumi-
 ne collustratus, probè intelli-
 gens, quanti momenti, quàm
 que eximia sit religiosa perfe-
 ctio, non vulgari affectu, ac di-
 ligentiâ singulari, complexus
 est exercitia Sancti Patris No-
 stri Ignatij, quæ prima illius
 sunt principia, & fundamenta.

Non

Non
 gnit
 rali
 tisqu
 mira
 quo
 pecc
 don
 om
 mor
 lecta
 vis f
 rem
 culo
 licita
 bun
 appa
 suit
 ingr
 in ec
 vo a

Non passa est se Divina benignitas vinci, à prompta, & liberali, servi sui, voluntate, apertisque gratiæ suæ thesauris, admirabili illum perfudit lumine, quo fœditatem cognosceret peccatorum, non absque dulci dono lacrymarum, quibus per omnem deinceps vitam, memor tanti beneficij, DEUM oblectabat, & Angelos. Quamvis sub initium suæ, ad sanctiorem vitam, conversionis, in seculo, totius anteactæ vitæ delicta, pro sacro pœnitentiæ tribunali exposuisset, cum egregio apparatu, dolore, ac fructu, censuit nihilominus novum sibi, in ingressu domûs DEI, studium, in eorundem expiationem, novo ardore conferendum, ut in-

te-

tegerimè purus, ejurato mundo, & rebus creatis, toto corde se Deo offerret, instituendum in Schola religiosæ perfectionis. Ità paratus, demissè procubuit, instar Magdalenaë, ad pedes Patris Ludovici Benedicti Rectoris, quem Christi loco venerabatur. Vixdum generalen confessionem inchoaverat, & fuit ipsius dolor, atque in tantum uberes prorupit lacrymas, ut sæpe diu, nè verbum proferre posset, neque aliud agere, quàm inter continuos singultus plorando colliquescere. Obstupuit Patet, & sciens, quanto pœnitentibus solatio sint lacrymae, quàmque Deo placeant, permittens cursum cœlesti illi motui, distulit confessionem in

lium

lium diem. Ob adeò evidentia signa, sinceri doloris, piè credere possumus, abolitis culpis, consequutum fuisse indulgentias, quas vocamus plenarias, cum ea gratiarum abundantia; quæ Novitijs, Religiosæ militiæ tironibus, ex doctrina sanctorum Patrum ac Theologorum, concedantur. Atque Pater misericordiarum, illum admissum in numerum suorum filiorum, cibavit sacratissimo Filij sui corpore, non absque exuperantia consolationis, & pacis animi, luculentis indicijs, gratiæ sacramentalis, quæ pignus est cœlestis gloriæ. Elapso quindecim dierum spatio, habitus à Magistro, non ut Novitius, sed ut multorum annorum Reli-

li-

ligiosus (qualis certè aliquando
 diu vixerat in seculo) eductus
 fuit ex prima, ut dicimus, pro-
 batione, & veste religiosâ dona-
 tus, cæterorum Tironum nume-
 ro est adlectus.

CAPUT IX.

*Qualiter cursum perfe-
 ctionis fuerit exorsus, ac de de-
 strina quadam P. Bernardi Co-
 magi, ad pervincendas dis-
 ficultates in sui vi-
 ctoria.*

Cum polleret prudentiâ, &
 versatus fuisset in palatijs
 Principum, mirabatur ordinem
 domûs nostræ, suavem alterna-
 tionem exercitiorum spiritua-
 lium & corporalium, charita-

tem

fer-
 nun-
 pro-
 dia-
 mil-
 ten-
 ris,
 fecht
 bus
 lige
 put
 cat
 cæ
 ter
 ded
 vat
 exe
 lev
 ru
 Int
 ten

tem ac prudentiam Superiorum,
fervorem & obedientiam Tiro-
num, demissionem animi in-
propalandis suis culpis quoti-
dianis, & exercendis officijs hu-
milibus, sui victoriam, in pe-
tendis vestibus vilibus ac lace-
ris, studium loquendi, tanto af-
fectu, statis temporibus, de re-
bus spiritualibus, & extra illa di-
ligentem, arcti silentij, curam:
putabátque miraculum esse vo-
cationis nostræ, Juvenes medi-
cæ ætatis, vivacis ingenij, recen-
ter è seculo egressos, vivere a-
deò religiosæ disciplinæ obser-
vantes, ijs fervoris ac modestiæ
exemplis, etsi ætas illa alioquin
levicula esse soleat, & jucundo-
rum oblectamentorum amans.
Inter hæc sibi nova spectacula
aie-

aiebat: *Verè in hac domo sunt
delicia DEI, cujus hic est pradi-
ves gratiarum mercatus: ecquid
egisti tu peccator, ut mereris in-
troduci in hunc Paradisum?* Sen-
tiebat se ad devotionem incita-
tari, ac fervorem in rebus om-
nibus, à solitudine loci, ab ex-
emplo & instructione Magistri,
ab ardore sociorum, à sanctita-
te exercitiorum, multoque ma-
gis à continuis inspirationibus
divinis. Et verò usque adeò
impigrè cœpit decurrere viam
perfectionis, ut brevè, omnium
assensu, post se reliquerit uni-
versos. Siquidem assecutus a-
nimo negotij momentum, su-
scepit illud seriò, & eâ constan-
tiâ promovit, quâ alia omnia
consvenerat. Inprimis religi-

osam

osam vitam auspicatus est, à victoria & mortificatione sui ipsius, & corporis, per asperas afflictationes, maceratione. Idcirco attulerat ex seculo flagella, & perquam horrida & dura cilicia, ut apparet ex uno, quod ibi, instar sacrarum reliquiarum, asservatur: ac proinde peritus ejus Magister, metuens, nè propter delicatam suam complexionem, in medio cursu deficeret, necessarium duxit, immoderatum illius fervorem refrænare. Cùm se, fervens Juvenis, cohiberi videret, à sui divexationibus externis, quas valde amabat ac æstimabat, convertit animum ad mortificationes internas, non in rebus duntaxat magnis, sed etiam in modicis,

eo proposito, ut se in rebus omnibus perpetuò vinceret, quod constanter, ad finem usque vitæ servavit, & isto exercitio, obtinuit omnibus absolutam numeris perfectionem, ac unionem cum DEO. At ecce hostis avaritialis, quasi præfagiens, ad quam sublimem sanctitatem, hæc sunt met edomandi studia, ipsum esse perductura, suggerit, illi nimis esse molestam, talem vendi rationem, & neutiquam tolerabilem, absque jactura san- nitatis corporalis, neque continuandam, nisi deperditâ hilaritate animi: quod si contentus esset mediocritate fervoris, liberum fore à multis molestiis & periculis. Ob malignas istas suggestiones, perplexus bonu

Tiro
mon
fac
dè v
diur
crim
perf
ris f
corp
subi
rè il
nife
quan
re, p
licas
geri
cum
com
num
viro
tutis

Ti

Tiro, hinc metuebat, nè, si in
morbum incideret, privaretur
sacrâ lectione & oratione: in-
dè verò nolebat omittere stu-
dium mortificationis, nè in dis-
crimen adduceret, salutem &
perfectionem animæ, longè plu-
ris faciendam, incolumitate
corporis. Propterea recurrit
subitò ad Magistrum, & since-
rè illi aperuit conscientiam, ma-
nifestavitque repugnantiam,
quam sentiebat in parte inferio-
re, propter suggestiones diabo-
licas. Petijt quoque sibi indul-
geri, ut hac super re, conferret
cum P. Bernardo Colnago, tunc
commorante in domo Tiro-
num, quem noverat secularis,
viro singularis doctrinæ & vir-
tutis. Convenit Patrem, à quo
per-

peramanter fuit susceptus, & confirmatus in bonis propo-
 tis: ille enim petenti, dedit scri-
 ptam à se praxin, servandam ad
 vincendum hostem, & progres-
 sum faciendum in sancto exer-
 citio mortificationis. Istantam
 instructionem existimo hic re-
 ferendam, eò, quòd sit viri, to-
 à DEO nobilitati donis cœlesti-
 bus, fueritque una, è primis
 principijs, vitæ perfectæ Franci-
 sci. Est verò sequens: *Suppe-*
nendum tibi est, mi Frater, quòd
ex amore DEI oriatur in nobis
desiderium, ut corpus nostrum
spontaneis pœnis affligamus, ob
morem dilecti, quia anima fer-
vens, intelligit per Divinas inspi-
rationes, istud sanctum exerci-
tium placere suo Dilecto, & viam

com

compendiosissimam, perveniendi ad gradum perfectam, cum ipso, familiaritatis, esse abnegationem amoris proprii, Divino amori penitus contrarii. Supposito hoc principio, quod valet ad suscitandum, in te, studium mortificationis, decerne, veluti sanctè obstinato animo, peragere, quàm primùm, quampiam mortificationem, Et licet ea repugnet sensui, atque corrupte naturae, claude oculos, ac demitte porrò caput, instar illius, qui aliquid statuit, nec ultrà acceptat consilium, quo abducatur à proposito, Et, ut sic loquar, dicto: Crepa, morere, ita esse debet, sic oportet fieri; volo mori: volo facere hoc vel illud: evanescet repugnantia, nec est tanta difficultas, quantam esse falsè apprehendit.

F

ben-

bendis, importune sensus, & natura mea rebellis: quot servi DEI in hac, & alijs domibus Religiose peregerunt, ac peragunt majores mortificationes? quod faciunt tot, quare ego non potero, Divina adjuvante gratiâ? Eia, eia non opus est alio consilio, jam sufficienter deliberatum est. Potissimum juvat, considerare attentè Christum crucifixum, sibi que ob oculis ponere ipsius dolores, qui sunt imitatio infirmitatis nostrae, juxta consilium S. Petri, ac deinde eisdem, tanquam munus quoddam offerre aliquem nostrum dolorem pro doloribus, quos ipse amore nostri pertulit. Denique concipi subinde aliquâ quiete natura, restaurandas vires, occupando modestè exercitio quopiam boni

vel etiam indifferente, in quo natura aliquantum recreetur, resumendum est suo tempore. studium abnegationis, & mortificationis. Hæc fuere bona documenta P. Colnagi.

CAPUT X.

De progressu, quem fecit in mortificatione, & alijs virtutibus.

SUSCEPIT fervens Juvenis, avidus sui ipsius pervincendi, monita doctissimi Magistri cum gaudio, & conatus est illa executioni mandare, eâ constantiâ animi, ut ad ultimum usque, suæ vitæ terminum, nunquam ab ijs recesserit. In mortificationibus aliud animo constitutum.

non habebat: quàm ut soli Deo
placeret, quem, instar Abraha-
mi, apprehenso gladio, sancti
odij, in immolandis voluptati-
bus carnis & sensuum, sibi præ-
sentem considerabat. In pu-
gna ista spirituali, primùm ag-
gressus est superbiam, ut resci-
so capite, cætera omnia vitia
refecaret: quod fecit, manife-
stando libenter proprios defe-
ctus, non tantùm Superiori,
quo bene regeretur, sed etiam
palàm, ut pudefieret, & agno-
sceretur, æstimareturque imper-
fectus, ac peccator. Abijcie-
bat se ante alios, deosculans hu-
militè eorum pedes: quare
bat studiosè, domo exiturus
pallium & pileum obsoleto
rem: obibat civitatem, gestan-

ma
tiã
ex
lup
abj
sub
par
abl
ren
for
sco
tan
adr
mu
teo
illa
nei
ma
Cu
nifi
fig

ma

manticam, petendæ stipis gratiâ, ferebat cibum incarceratis, exercebat se, magnâ animi voluptate, in officijs humilibus & abjectis. Multis mensibus egit subcocum, atque tam promptè parebat coco, quàm Superiori, abluendo lances & ollas, verrendo culinam, & efferendo sordes in vetusto præcinctorio scorteo, in eodémque adferebat tantam lignorum copiam, ut in admirationem raperet omnes; multum aquæ, ex profundo puteo hauriebat, bajulabátque illam, duobus infusam vasis æneis, singula singulis sustentans manibus. Fuit quoque socius Curatoris agrorum, in quo ministerio, exemplum præbuit insignis demissionis & mortifica-

tionis. In omnibus his exercitijs, tantam præferebat hilaritatem & promptitudinem, quam si nobilem præferret nobilis quispiam aulicus, in obsequijs honorificis & jucundis, Principi suo exhibendis. Observantissimus in ijs erat silentij, & præter necessitatem, nec proferebat, nec respondebat verbum non solum, nè transgrederetur Regulam, sed etiam nè se impediret, ac distraheret in contemplatione, quam externis actionibus conjungebat. Instante petijt servire ægris in nosocomio, quâ gratiâ obtentâ, accedebat infirmos egentiores & abominabiliores. Utque vinceret naturalem nauseam, mundabat eorum lectos sordibus re-

ferto
ceba
tere
quin
Præ
ægro
ficio
suzq
char
nia e
nim
illor
qual
plac
giste
tion
henc
cipio
tant
alac
& ex

fer

fertos, & alios miros actus exerc-
cebat mortificationis, quos præ-
tereo, quòd referri nequeant,
quin generetur nausea delicatis.
Præterea docebat, & solabatur
ægrotos verbis ità sensatis & ef-
ficacibus, ut omnes exhilararet,
suæque cupidos visitationis &
charitatis dimitteret. quæ om-
nia eo affectu exequabatur & a-
nimo, ut modum, se à servitio
illorum expediendi, nesciret,
quasi Christum in ipsis contem-
plaretur. Mirabatur ejus Ma-
gister, quòd juvenis ejus condi-
tionis, maturus, qui res appre-
hendebat, quales erant, & per-
cipiebat earum difficultatem,
tanto ardore desideraret, tantâ
alacritate amplecteretur officia,
& exercitia abjecta & vilia. Nec

minorem industriam collocavit
in edomanda carne, frequenter
bus flagellis & cilicijs. In cibo
sumendo fuit parcissimus, non
appetebat vel escam, vel ullum
gulæ irritamentum, imò nec o-
dulia communia, & insipida
qualia Religiosorum solent esse
sua, neque herbas oleo vel ac-
eto sapidiores reddebat. Quan-
doque in cœna aliud non sum-
psit, quàm crudam lactucam
absque ullo condimento. Men-
sæ assidebat oculis semper mo-
destis, membrisque omnibus
vestibus optimè compositis, ex-
actè observando regulas, à San-
ctis præscriptas. Tempore con-
cesso Tironibus ad colloquen-
dum, pro instaurandis viribus
ad obeunda exercitia spiritua-

lia r
sanct
loqu
vel
quo
rari
tem,
ratic
sensu
cere
quib
scieb
ex e
mur
ama
DEI
fuit
tos g
unqu
dum
atto

lia requisitis, & confovendam
sanctam charitatem, nunquam
loquebatur de rebus futilibus,
vel quæ saperent seculum:
quodsi ab alijs eas commemo-
rari inaudiret, occupabat men-
tem, piâ aliquâ & sanctâ confide-
ratione, ac deinde sensim, sinè
sensu, conabatur suaviter indu-
cere sermonem de rebus pijs,
quibus solis delectabatur & pa-
scebatur. Non prodijt unquam
ex ejus ore querela, aut mur-
mur adversus quenquam, quod
amaret omnes, velut imagines
DEI. In custodia oculorum,
fuit admirandus, quos ità frena-
tos gerebat, ut propter nullum
unquam spectaculum jucun-
dum, quod se ipsi offerret, illos
attolleret. Consueverunt Ti-

rones modico tempore per
ambulare hortum, exolvere
pensum Officij & Coronæ Vir-
gineæ. habentque unâ commo-
ditatem sui tantillum recrean-
di, propter opportunitatem lo-
ci, in quo est sita domus Novi-
tiorum Messanæ, quòd à pleris-
que æstimetur, qui mundum
peragraverunt, sitûs esse longi-
gratiosissimi, ob quàm amoenis-
simum prospectum. Est quip-
pe ille unum Urbis eminens mu-
nimentum: ad orientem habet
portum Urbi adjacentem pul-
cherrimum, continuò navibus
ac triremibus refertum, cana-
lem ad eò à Poëtis & Historicis
celebratum, quem jucunda vi-
su, sùsque deque, penè semper
permeant volantibus velis na-

vigi
ipfi
hye
in q
tur
den
gnâ
trio
les,
dien
tum
spe
vide
serv
ut a
scer
grin
nost
mes
reco
con

vigia. Præterea obijciuntur
ipsi virentes Calabriae montes,
hyeme candidâ cooperti nive,
in quibus effigiatae conspiciun-
tur Urbes & oppida. Ab Occi-
dente incingitur montibus ma-
gnâ parte cultis. Ad Septen-
trionem cernuntur colles, val-
les, castella, & vici. Ad Meri-
diem verò spectatur intermina-
tum mare. His tam exquisitis
spectaculis, quæ natura ac ars
videntur paravisse ad honestam
servorum DEI oblectationem,
ut ad illis fruendum, eò con-
scendant multi cives, & pere-
grini, his, inquam, Franciscus
noster se privabat, etsi foret do-
mesticus, licitâque illi essent ad
recreandum animum, fessum,
contemplatione & studio re-

rum Divinarum, præeligens, se-
nè intermissione, vacare exerci-
tijijs spiritualibus, in locis solita-
rijs. Huc spectantia complura
recensentur exempla, quorum
unum hic referam, ex quo faci-
lis sit conjectura de alijs. Cùm
aliquando adventarent trire-
mes Florentinæ, ingenti cum so-
lennitate, quæ revertebantur
victrices ex Oriente, pansis ve-
xillis, millenis collucentes igni-
bus, bellicis reboantes machi-
nis, & scloporum festivis ietu-
bus resonantes, inter acclama-
tiones & signa triumphalia
Franciscus, cùm adeò pulchro
spectaculo frui posset, maluit
ibi illud interdicere, & gratissi-
mum dilecto J E S U, illius oble-
tamenti offerre sacrificium.

CA

CAPUT XI.

*De unione cum DEO,
& perfectione virtutis, quam se-
catus est ad finem sui ti-
rocinij.*

EX firmo proposito, & ex stu-
dio sibi met repugnandi,
suique vincendi, retulit facilita-
tem in se afflicto, pacem, ac
tranquillitatem conscientiae, a-
vulsionem à rebus terrenis, at-
que affectum erga coelestes, &
non contentus horis ad oran-
dum deputatis, alias praeterea,
obtentâ facultate, illi impen-
debat; utque satiaretur intimâ
cum DEO solo familiaritate, in-
stanter petijt peragere integra.
Exercitia S. P. Ignatij, spatio u-
nius

nus mensis, quâ gratiâ habitâ
inchoavit illa in Septembri,
quinque mensibus ab ingressu
Toto hoc tempore degebat
quasi extra mundum, alienus ab
omnibus cogitationibus, quæ
eum vel levissimè distrahere
possent, consecrans integram
diem orationi, ac lectioni libro-
rum piorum, & moventium affe-
ctus. Primâ Septimanâ, quæ
exigitur in purganda conscien-
tiâ per examina, & in hunc finem
directas meditationes, tantum
lumen habuit ac dolorem
de suis peccatis, ut Pater, qui
ejus ascetism moderabatur, ob-
stupescens de eo loqueretur, ac
assereret, quòd, cùm aliquando
illi redderet rationem medita-
tionis, adeò sibi à lacrymis tem-
pe-

per
nus
finc
cere
labi
ver
tiam
gnu
atq
app
mal
vita
Pater
Sacer
& tan
vere
ide
scri
tum
bus
per

pe-

perare non potuerit, ut protinus in fletum solveretur, altum singultiens, & penè viribus deficeret, nec videretur esse consolabilis, proruperit deinde in verba, magnam sui despicientiam indicantia, dum sese magnum fateretur peccatorem. atque ut se demitteret, ac talis appareret, qualem se ipse æstimabat, conscripsit totam propè vitam in seculo actam, ut illam Pater etiam, extra Pœnitentiæ Sacramentum, haberet perspectam, quò ipsum melius promoveret in via perfectionis. Rari id exempli loco habuit Pater, scriptum autem sibi ab eo oblatum discerpfit. Cæteris omnibus Septimanis, illi DÈus semper insolita impertiebatur lumina,

na, & animi sensa, præsertim in
meditandis Christi cruciatibus.
Peractis his sacris Exercitijs, ubi
que adeò flagrabat desiderio
mandi DEI, videns tantos sibi
Divina Majestate præstitos fa-
vores, ut sollicitissimè quæreret
cum Propheta: *Quid retribuam*
Domino, pro omnibus quæ retri-
buit mihi? cum eodémq; cœli-
tus collustratus decerneret, vo-
ta sua Domino reddere, id est,
per vota religiosa, se totum Deo
dónando, suum debitum exol-
vere, séque arctius DEO alligat-
re, & quia id ad finem usque
biennij differre, juxta morem
nostræ Societatis, ipsi grave e-
rat, multis precibus obtinuit
Patre Rectore, ut sibi liceret
nuncupare vota, quæ appella-
mur

mus
tant
ad
tas.
A. 15
su, p
Div
TAT
DIE
hac
quo
liga
fect
stud
tem
DE
vero
tur,
bat
cum
gno
mur

mus devotionis, quibusque ipse tantum Deo ac Societati fuit adstrictus, non autem illi Societas. Calendis igitur Januarij, A. 1594. octavo mense ab ingressu, pijsimè, pro sua devotione, Divinæ vovit Majestati PAVPERTATEM, CASTITATEM, & OBEDIENTIAM, quæ vota sæpe posthac instaurabat in oratione sua quotidiana. Incitatus novâ obligatione, contendendi ad perfectionem, magnum impendit studium, ut proficeret in contemplatione, & intima cum Deo communicatione. Quia verò corpus non progrediebatur, propter oneris, quo premebatur, gravitatem, pari passu cum spiritu, debilitatum magnopere sensit caput, ut proinde

de

de judicaverit Pater Hieronymus Falco, qui Patris Ludovici Benedicti officium susceperat intermittendam ipsi esse aliquamdiu orationem mentalem. Obtemperavit Franciscus, difficulter tamen poterat cohibere spiritum, nè evolveret ad dulcem amplexus sui dilecti, occupans se brevibus quibusdam orationibus jaculatorijs. Intumuerat ipsi quoque à frequenti prostratum humi defixione, immo dicè unum genu: & cum non posset resolvi corruptus humor sine vulnere, vocatus est chirurgus, qui metuens, nè, si dolore sectionis Franciscus commoveretur, ipse impediretur in officio suo exequendo, cupiebat illum ab alijs teneri, quod null

null
adm
suffi
vult
dolo
so a
jus a
ptab
rim
ipse
Ob
neq
lios
vili
cans
rem
gelo
caba
reve
niun
sion

null

nullatenus generosus Juvenis
admisit, atque illam sectionem
sustinuit quietus ac immotus,
vultu immutato, & absque ullo
doloris indicio, animo conver-
so ad Christum crucifixum, cu-
jus amore majora sufferre exo-
ptabat, rependens eidem inte-
rim suum exiguum, ut quidem
ipse illum æstimabat, dolorem.
Ob tot cœlestes favores, sese
nequaquam efferebat supra a-
lios, quin potiùs proficiebat in
vili suimet æstimatione, judi-
cans se esse maximum peccato-
rem, & indignum consortio An-
gelorum. Ità æstimabat ac vo-
cabat Novitios, atque ut tales
reverebatur, instar humilis om-
nium servi. Hac animi demis-
sione, & obsequendi studio, ma-
gno-

gnopere fuit permotus, qui in
saeculo fuerat Francisco à con-
fessionibus: is ipsum invisen-
stuebat, quòd tam abjectè de
se loqueretur, adeòque extolle-
ret virtutem, ac devotionem
aliorum suorum Contironum
Mirabatur etiam, quòd audire
pulsu campanulæ vocâti ad or-
rationem, se subitò ab eo pro-
riperet, qui tamen illius fuisse
Confessarius, quamvis sibi sciret
obstrictum Franciscum, se-
que ab ipso amari, propter au-
xilia spiritualia, illi à se præbita
quòdque non uteretur episkopi
seu interpretaretur Superiori
voluntatem, non improbatum
factum, si apud ejusmodi ho-
spitem perstitisset, qui multo
rum miliarium iter confecerat

ea ta
colle
quiq
set u
bat r
endu
& in
expo
feilli
osten
bus p
gium
mum
ut So
que o
mest
ripui
desid
tis sa
& ve
Sakra

ea tantum de causa, ut ex ipso colloquio solatium caperet, quique illius conspectu non esset ultra fruiturus. Existimabat nempe, Tironi, caecè obediendum, absque ulla discussione & interpretatione eorum, quae exposcit Obedientia. Obtulit se illi alia praeterea occasio, quam ostenderet, quantum in virtutibus profecisset, dum ad Collegium Messanense, hodie Domum Professorum, missus est, ut Socium ageret aeditui, aliisque daret operam exercitijs domesticis. Hanc ille avidè arripuit, & cum gaudio, propter desiderium, quo tenebatur, multis sacrificantibus ministrandi, & versandi coram sanctissimo Sacramento. Manè completam
ora-

orationis horâ , tribus minis- aliud
trium, quatuorve Missæ Sacrifi- desti-
cium, singulari religione ac reve- ut r
rentiâ, Minister adfuit: si quan- mon
do fiebat, ut adveniret quis- dom
piam extra ordinem sacrificatu- citia
rus, tum Franciscus lætabatur te, ac
offerens suum promptum mini- per, c
sterium, quod eo modo perage- daret
bat, ut omnibus insigne præbe- tota
ret exemplum suo affectu, quo mo,
ferebatur ad cooperandum sa- tutib
cro sancto illi Sacrificio. Re- dem
liquo tempore, quod ipsi ad agno
quietem tantillam capiendam. com
concedebatur, sedens in demis- Patre
so & humili loco, legebat li- cumb
brum sacrum, & orabat. Quan- ligio
do pertransibat templum, ut ac m
succenderet candelas, vel mini- erube
stri munus obiret ad aram, aut
aliud

aliud quidpiam faceret, eo modestiæ exemplo id peragebat, ut propterea nominaretur, monstrareturque digito. Alia domûs humilia & abjecta exercitia, eâ exequebatur humilitate, ac diligentia, ut novum semper, citra ullam querelam, alijs daret documentum; atque in tota domo frequens esset sermo, de multis talis Juvenis virtutibus, omnibus verò ipsum demirantibus, ille solus non agnoscebat in se quidquam commendabile: vidensque tot Patres ac Fratres, impigrè incumbentes in observantiam religiosam, & se exercitationibus, ac munijs suis impendentes, erubescibat, & magnopere illos commendabat, conabaturque
imi-

imitari. Gratissimum etiam com
 illi accidit, aliud experimentum acco
 Societatis nostræ, quod est pe vis
 regrinorum more, oppida ob la op
 re, & castella, exemplo Servato exerc
 ris nostri, & Apostolorum, atque omni
 tum erudire populos doctrin temp
 Christianâ, & pijs alloquijs. Ob tudin
 tigit illi, pro peregrinationi tentia
 termino, Civitas, Messanâ de confu
 stans 80. milliaribus, quæ no cond
 men habet, à glorioso Christi volup
 Confessore, sancto Philippo, cu sibi te
 jus ibi sacrum corpus honoris rebar
 cè asservatur, & solenniter co striâ l
 litur. Comitem, viæque So ut va
 cium, habuit Sacerdotem, qu pium
 tertiam annum, peragebat. Deus
 quem dicimus probationis, rebar
 Scholasticum Novitium, quib dum
 ipse, posthabito omni propri Tirox
 com

etiam commo, & gustu, semper se
entum accommodare, & servire qua-
est pe vis occasione studebat. In il-
da obl la oppidorum, personarum, &
ervato exercitiorum varietate, nihil
n, atque omnino abstrahebatur à con-
octrin temptione, nec propter lassitu-
js. Ob tudinem intermittebat pœni-
ationi tentias, & mortificationes suas
anâ di consvetas, quas illi multis DEUS
uæ no condiebat solatijs, ità ut præ
Christ voluptate interna, à lacrymis
po, co sibi temperare non posset. Quæ-
noris rebat singulari studio, & indu-
ter co striâ locum à strepitu liberum,
ue So ut vacaret orationi, quem ipsius
m, qu pium animi sensum liberaliter
ebat Deus est remuneratus. Refe-
nis, & rebat Socius Sacerdos, quòd,
quibz dum ipse in foro cum altero
propri Tirone sacra negotia agitaret,
com

G

Fran-

Franciscus interea sese solitus
fit conferre ad viciniorem al-
quam ædem sacram, fuëritque
tantus ardor orantis, ij affectus
lacrymis juncti & singultibus
ut propter exclamationes, que
foris exaudiebantur, admoneri
illum oportuerit, ut se conti-
neret, ne attonitum redderet
populum. Et pernoctans Ga-
gliani, in Conventu Patrum Ca-
puccinorum, ità in se flagello
desævijt, adeóque lacrymis in-
dulsit, ut per ambitum Coeno-
bij, resonarent gemitus, & ictus
flagelli, illustri virtutis suæ do-
cumento præbito bonis illis Re-
ligiosis, qui non ignorabant, ab
anima bene purgata, & plena
Deo, non posse cohiberi impe-
tum Divini amoris. Ob hæc

luc
nis,
con
batu
cijs,
ditis
relig
mab
natio
ager
alio
dico
co in
de a
dans
quã
set.
injun
parvi
quo
ipsi e
lu

solitu
em ali
itque
ffectu
itibus
s, qua
noner
cont
deret
ns Ge
um Ca
lagello
mis in
Coeno
& ictu
uæ do
is Re
ant, ab
olena
impe
b hac
lu

luculenta argumenta demissio-
nis, mortificationis, charitatis,
conjunctionis cum DEO, ama-
batur & honorabatur à suis So-
cijs, qui tum sermonibus con-
ditis spiritu, tum exemplis ipsius
religiosis recreabantur, & ani-
mabantur in molestijs peregri-
nationis ac lassitudine dum iter
agerent pedites, & absque omni
alio viatico, quàm, quod men-
dicorum instar, eleemosynæ lo-
co impetrabant. Redijt dein-
de ad Tirocinium, tali abun-
dans gaudio, tam vegetus,
quàm si nihil adversi sustinuis-
set. Paucos post dies illi fuit
injunctum munus, explanandæ,
parvulis, doctrinæ Christianæ,
quo libenter suscepto, summo
ipsi erat solatio, quòd puris ijs
ani-

animulis imprimeret Christum
JESUM, & illas edoceret de my-
sterijs sanctæ nostræ Fidei. At-
que, ut finem imponam huic ca-
piti, toto Tirocinij biennio, a-
deò vixit Franciscus religiosè,
ut P. Ludovicus Benedicti, P.
Hieronymus Falco, P. Angelus
Sibilla, quos habuit succeda-
nè Magistros Spiritûs, unaque
focij ipsius tirones, palàm testen-
tur, nunquam à se notari ul-
lum in eo defectum potuisse: id
quod est eò æstimabilius, quòd
ætatis fuerit provectioris, & a-
liquam vitæ partem exegerit
inter mundi splendores. Om-
nes porrò, illum suscipiebant,
veluti exemplar religiosæ perfe-
ctionis, quæ relucebat in ipsius
unde quaque perfectis, semper

que

que uniformibus operibus, in
verbis cœlesti plenis lumine, ut
proinde inflammaret omnes ad
sui imitationem, & spiritûs fer-
vorem: ità ut non tantùm ejus
Socij, sed Sacerdotes etiam, ac
Patres graves, quàm libentissi-
mè cum eo sermocinarentur, in
quo admirabantur perfectio-
nem dignam cano & sancto Re-
ligioso. Inter alios, quibus e-
rat in amore & pretio Franci-
scus, fuerunt P. Joannes Bapti-
sta Carminata, P. Bernardus
Colnagus, qui vixerunt, & obie-
runt cum opinione singularis
virtutis, & P. Nicolaus Longo-
bardus, qui à DEO vocatus ad
prædicandum Evangelium Chri-
sti, in Indias Orientales, multis
annis, cum insigni laude pru-

dentia, & Spiritus Apostolici
egit Superiorem magnæ Missio-
nis Chinensis. Frater quoque
Simon Buccerus, qui in vita &
post mortem, nomen habuit
perfecti Religiosi, & à DEO fuit
honoratus multis gratijs, rever-
sus ex insula Chio Messanam
vehementer gaudebat, à se in
Tirocinio repertum Franci-
scum, quòd frui posset sanctâ &
suavi ipsius consuetudine. Vul-
tus illius tam semper serenus e-
rat, & pietatem spirabat, ut fa-
teantur nonnulli, se affectos
fuisse solatio, & exarsisse amore
DEI, dum illum intuerentur.
Affirmat P. Falco, ipsum fuisse
tam familiarem DEO, ut ab eo
nullo officio aut exercitio, quo-
cumque occuparetur à Superio-

ribu
affv
DEO
ne,
cio
& l
& l
tibi
bat
cin
ora
nit
lect
rat
cu
lac
for
Ser
& r
der
stu

ribus, abstraheretur, usque adeò
assueverat conjunctioni cum
DEO: præsertim verò in oratio-
ne, in audiendo Missæ Sacrifi-
cio, ac in sacra Communione,
& lachrymas dulces fundebat,
& luminibus, piisque animi mo-
tibus, præter morem abunda-
bat. Confecto biennio Tiro-
ciniij, præmissis prolaxioribus
orationibus, rigidioribus pœ-
nitentijs, & arctiore animi col-
lectione, quàm optimè præpa-
ratus, nuncupavit sua Vota,
cum tanta devotione, tantâque
lacrymarum copia, ut Votorum
formulam legere nequiverit:
Sensit unâ vehementer motus,
& insveta solatia, dum perpen-
deret, se illud suiipsius holocau-
stum DEO obtulisse, coram san-

ctissima Virgine MARIA. Con-
spectus fuit eo die ipsius vultus
jucundior, & solito splendidior:
non absque admiratione & so-
latio ejus, qui gratias & favores
observabat, quos DEUS ser-
vato suo fideli exhibebat.

CAPUT XII.

*Applicatur studijs lite-
rarum humaniorum, ac deinde
docenda Grammatica.*

POSTquam tam profundas
pergisset radices perfectionis
mense Aprili, anni 1595. missus
est ad Collegium Mineitanum
ut ibi operam daret literis hu-
manioribus. Et quia ab anno
16. suæ ætatis, usque ad 22. inter-
misso harum literarum exerci-

Con-
s vultu
didio
e & fo
Favore
s ser
I.
s lit
deinde
e.
ndas
tionis
miss
anum
ris he
b ante
z. inter
exerc
tio

tio, deditus fuerat cantui, in-
strumentis musicis, venationi,
& huiusmodi oblectamentis, re-
petendæ illi fuerunt primæ re-
gulæ Grammatices, ut progres-
sum in humanioribus litteris
faceret. Cui utrique studio di-
ligenter incubuit, ac utiliter,
usque ad Octobrem, quo abiit
Panormum, ad idem studium
prosequendum. In itinere, Mi-
neum versûs, illi evenit quid-
dam dignum ipsius generositate
ac virtute, fuitque, quòd, dum
transeundum, cum Socio Patre,
esset flumen Cantaræ, quinque
passuum millibus distitum Ta-
orminâ, propter pluvias mul-
tùm redundâs, ignoraverint va-
dum, nec haberent viæ ducem,
nullûsque compareret, à quo id

rescirent, Franciscus in ijs angustijs, ut securum redderet Patrem, duce confidentiâ in Deum & munitus signo sanctæ crucis animosè ingressus sit fluvium Medias inter aquas, deprehensa fossâ periculosâ, cohibuit mulam, ut reverteretur, & quod iumentum renitebatur, desiliens in profluentem, & aquis umbilico tenus immerfus, fræno bestiam retraxit. Indoluit summo opere Pater, quòd ob ipsum commodum Franciscus tale delictum crimen & incommodum subisset: sed ipse quasi nihil perpeffus, hilariter iumentum conscendit, & submittente Divina providentiâ hominem, quod transitum indicaret, flumen transvadavit, confecitque octo mil-

milliaria, ut erat madidissimus, magna cum jucunditate ac tolerantia. Postquam pertigisset ad diverforium, fuit rogatus à Patre, ut saltem interulam mutaret, siquidem alias vestes non haberet, quas illi offerret. Actis gratijs, eâ mutatione supersedit, & acceptans libenter occasionem à DEO oblatam, aliquid amore ipsius patiendi, prosequutus est iter. In hoc primo egressu ex Tirocinio, studuit primum fervorem conservare, quia sciebat illum semel deperditum difficulter recuperari. operam quoque adhibuit, nè studio litterarum intepesceret ardor orationis, ac aliorum exercitiorum spiritualium, quo calebat. Fuit, qui ignorans

sublimitatem sanctarum Franciscici cogitationum, quas ille celebrabat, ipsius taciturnitatem, modumque agendi, quo ab omnibus sese abstraherat, dependens à solo DEO, attribuere melancholiæ. Verùm, ille satisfaciens exactè officijs communibus religiosæ charitatis negligebat cætera, sæculi more redolentia, quia intelligebat volenti seriò vitam instituere sanctam, quod pauci faciunt, nil nisi virtutem spectantes, multa sustinenda, ab ijs maxime, qui non vivunt secundum leges perfectionis, ac spretis dictis factisque aliorum, solum DEUM respiciendum, & consilia conferenda cum illis, qui locum DEI obtinent. Amabat

con-

contemptum sui, & exercitia
humilitatis; vivebat, quasi il-
lum tæderet vitæ præsentis, nec
esset incola hujus mundi, sed
cœli. Erat res admiratione di-
gna, & rari exempli, videre Ju-
venem 25. annorum, summâ di-
ligentiâ sese impendentem, illis
humilibus, ac tædiosis Gramma-
ticæ rudimentis, nihil cupien-
tem, & animo versantem aliud,
quàm ut in Superioribus obse-
queretur DEO. Vnde superan-
do ejus studij horrorem, quem
sentiebat, & moderatè illi in-
cumbendo, abundè profecit.
Mineo missus fuit Panormum,
ut operam daret Oratoriæ fa-
cultati, atque cum illius Acade-
miæ Rhetoricæ ageret, ut ajunt,
Bidellum, exhibuit se diligen-
tis-

tissimum in exequenda Magistri
voluntate, & promptum ad in-
serviendum omnibus pro viri-
bus, intrà terminos legum no-
strarum. In designandis exer-
citijs corporalibus, quæ rece-
pto inter Religiosos more, per-
agunt etiam Clerici, quamvis
ex officio, illi competeret præ-
cipere & præesse cæteris, nihil-
ominus eorum partem sibi as-
sumebat, quin & aliorum vices
supplebat. Sibi quoque ordi-
nariè res & occupationes deli-
gebat viliores ac incommodio-
res, & laboribus extraordina-
rijs manum ipse suam potius ad-
hibebat, quàm ut illos alijs ad-
jungeret. Interea visum est Su-
perioribus, promovere illum ad
Ordines minores, quos magno
piè-

pietatis sensu suscepit à Domino Didaco de Abedo, Archiepiscopo Panormitano, die 30. Novembris, Anno 1595. Postquam in his studijs Humanitatis, ac Rhetoricæ bonum fecisset progressum, applicatus est in Octobri, anni sequentis, docendæ Grammaticæ Panormi. Vbi, quantumvis iu ea Civitate bene nosceretur, & annum jam penè 27. ætatis attigisset, non erubuit, neque grave sibi esse duxit, acceptare infimam classem centum & amplius discipulorum, promptè annuendo nutui Obedientiæ. Explicari nequit, quantâ diligentîâ & voluptate, se addixerit consuetudini puerorum, qui assveverat familiaritati Magnatum. Non im-

impendebat tempus evolvendis alijs libris, ut solent, qui altiora sapiunt, ad evitandum tædium illius humilis ac laboriosi muneris, sed totum se dabat rebus, ad Scholam suam pertinentibus, juxta præscriptum Regularum. Et verò, propter sedulitatem ipsius atque industriam, non ordinarius fuit discipulorum profectus: nihilominus reverebatur suos Commagistros, & sensa sua cum illis, eâ animi demissione conferebat, ut obstupescerent. Summè optabat, ut discipuli, à primis annis, timerent DEUM, unâque amarent DEIPARENTEM Virginem MARIAM; id quod indies petebat à DEO, adhibitis intercessoribus Angelis ipsorum tutelari-

bus)

bus, sanctis præterea monitis, ipsos suo tempore imbuebat, & omnia confirmabat exemplo vitæ quàm integerrimæ ac sanctæ. Usque adeò erat modestus in gestibus totius corporis, tam affabilis, & potens in sermone, ut absque omni alia animadversione, solâ autoritate rexerit discipulos, qui suo modo imitantes Magistrum, silentij erant quàm observantissimi in Schola, & eâ egressi, procedebant in templum quàm modestissimè, Missæ Sacrificium audiebant devotè, quæ res difficilis accidit immaturi judicij pueris. Nunquam oculos defixit in vultu ullius sui discipuli, nec in Schola, neque extra illam, se exhibuit, cuiquam eorum præ cæteris fami-

mi-

miliarem, quia omnes affectu
complectebatur paterno. Prae-
ter tempus docendi, cum nemi-
ne agebat, praeterquam si id exi-
geret necessitas, & quidem mo-
dico tempore, ita ut semper in-
citamento esset omnibus ad vir-
tutem, ac tempus utiliter ex-
penderet, quod pluris quovis
thesauro aestimabat. Idcirco
etiam nullius negotij curam as-
sumebat, & nihil tribuebat tem-
poris amicis ac sanguine jun-
ctis, quibus disertè dicebat, se
mundo nuncium remisisse, ut
liber ab omni alia cura, operam
daret perfectioni propriae, & ijs
quibus addiceretur ab Obedi-
entia. Observantissimus fuit
Regularum, tum Magistros dum-
taxat concernentium, tum ea-
rum

rum, quæ ligant universos, atque imprimis illius, quâ indicitur silentium. Elapsâ horâ, quæ à prandio impendi solet, modestæ recreationi, mutui colloquij in Societate nostra, à quo per reliquum diem abstinemus, prima ipsius erat cura, ut genibus nixus, consuetum conscientiæ examen perageret, cum illud statuto tempore persolvere non posset, eò quòd adesset Sacro cum suis discipulis, pro more in nostris Scholis usitato. Nunquam ex ejus ore prodijt verbum, quo indicaret sibi videri quodpiam Superioris mandatum, severum aut supervacaneum. Nunquam petijt honestam aliquam relaxationem, nè quidem, ut exerci-
tij

tij causâ, domo egrederetur, unicu
vel inviseret ullum templum, plurim
cujus ageretur festum, dicens, niste
se neque relaxationibus consue stem
tis indigere. si quæ autem ip prim
specialis offerretur, respueba tore,
illam, ita ut mandato Superio se tu
rum, ad acceptandam esset ad manc
gendus, quod ipsi quandoque dicer
intermittebant, nè ipsum affi diu v
gerent, & afficerent molestia exper
quam sentiebat, cum videret su quan
meminisse Superiores, & ratio sua v
nem habere: non quærebat endu
commoditates in cubiculo, a bat r
liis que rebus necessarijs, im suo
difficulter adducebatur, ad su Quan
cipiendam vestem novam, aut gavif
clericalem pileum, quando hi ctore
opus habere judicabatur. Co oravi
jus rei prætermisiss multis rit, e
un

unicum commemorabo exemplum. Mandaverat Pater Minister Sartori, ut Francisco vestem pararet; ipse verò multis primùm precibus egit cum Sartore, nè id fieret, cùmque ille se tueretur expresso Superioris mandato, adivit P. Ministrum, dicens se morbidum esse, neque diu victurum, ac perditum iri expensas istas, sui gratiâ factas, quandoquidem in attrita illa sua veste, se existimaret sepeliendum: & plures alias allegabat rationes, ob quas istam, pro suo solatio, petebat gratiam. Quam ubi ei Pater amanter negavisset, recurrit ad Patrem Rectorem, atque tam ardentè peroravit, ut petitioni ejus annue- rit, eo tamen pacto, ut accede-
ret

ret beneplacitum P. Ministri,
ad quem voti compos redijt hi-
laris: verum, Pater illi respon-
dit, si, quid mihi placeat, intel-
ligere cupis, scito, mihi gratum
fore, si vestem accipias, qui-
summe indiges hoc adeo frigi-
do tempore, propter virium
tuarum imbecillitatem, obse-
quere amabo. Tum conticuit
apponens merito Paupertatis &
Mortificationis, coronam Obe-
dientiae.

CAPUT XIII.

*Inchoat cursum Philo-
sophiae, sed propter invaletudinem
illo interrupto, revertitur
ad docendum.*

EXistimabat Franciscus dicitur
tur-

turnam fore suam curam docendorum puerorum, quam Deo perquam gratam esse iudicabat: ideoque ægre tulit, à Patre studiorum Præfecto, suggestum fuisse Patri Provinciali, ut applicaretur Philophiæ, cum jam annum ætatis attigisset vigesimum septimum. Optabat enim in omnibus dependere à Divina Providentia, & nè humana diligentia præveniret dispositionem Obedientiæ. Quapropter petijt, nè ullius intuitu removeretur ab infima illa Schola, quacunque de causa. Patres tamen, spectantes magis Divinam gloriam, & bonum Religionis, quàm sanctum ipsius desiderium, decreverunt, ut virtuti sociaret doctrinam, sine

finè cujus subsidio, nec magnus,
nec stabilis procurari potest
profectus animarum, quibus
juvandis studet nostra Societas.
Discessit igitur Panormo Me-
sanam, ad inchoandam Philo-
sophiam, quam exorsus est 19
Octobris, Anni 1598. annos nu-
merans prope vigesimum no-
num; Professore Gaspare Fri-
derici; in quo suspiciens perso-
nam Christi, adeò ipsum reve-
rebatur, ut quia ille innuerat
nè aliorum Professorum scri-
ptis, quàm à se dictatis, neque
aliam, quàm se audiret, abli-
nuerit à dubijs conferendis cum
P. Præfecto Studiorum, qui pro
sua charitate, illi etiam priva-
tim prodesse cupiebat: quare
re se gessit tam prudenter, ut sa-

tisfi
libru
Mag
plus
cum
eran
temp
saba
men
in u
strab
anim
Erga
mor
tur,
In ac
nes,
nuo
achi
facta
pens
tis-

tisfieret utrique. Nullum legit librum absque permisso & scitu Magistri, contentus studere ipsius scriptis, & illa speculari, cum eodémque conferre, quæ erant necessaria. Similiter obtemperabat Bidello, non recusabat unquam exercitium argumentandi aut respondendi, & in utroque ingenium demonstrabat ac iudicium, demissione animi ornatum ac modestiâ. Erga condiscipulos ferebatur amore universali, ità ut amaretur, & æstimaretur ab omnibus. In admirationem rapiebat omnes, quòd, etsi gravi, & continuo capitis vexaretur dolore, ac hieme manus haberet tumefactas, adeò, ut ex illis erumpens sanguis, ad commiserationem

H

nem

nem magnam moveret intuent-
tes, nunquam defisteret ab ope-
rosa, scholasticarum lectionum,
tam matutina, quam vespertina
scriptione, quin vel semel eam
omitteret, tantâ perseverantiâ,
ac patientiâ, ut alijs interdum
à scribendo manum retrahenti-
bus, eò, quòd Magistrum, pro-
perè dictantem, assequi non
possent, ipse tamen scriberet
tam pacatè, ut neq; tum, neque
deinde, ullum præferret tur-
bati animi, aut cujuscumque mo-
lestiæ indicium. Est præterea
res digna consideratione, non
secùs ipsum dedisse studijs ope-
ram, & satisfecisse exercitatio-
nibus aliorum condiscipulo-
rum, ac operibus, quàm si om-
nium foret sanctissimus. Ea erat

invi-
rarâ
muni-
bori-
tum
nis &
atque
& in-
tionis
vius
insup-
pectu
cœpi-
provi-
coho-
muit
tam i-
utrum
prom-
nand-
tum c-
in-

invicta ipsius tolerantia, quam
rarâ gratiâ, adjuvabat Divina
munificentia. Accedentibus la-
boribus scholasticis, ad virtu-
tum exercitia, maximè oratio-
nis & conjunctionis cum DEO,
atque continuæ abnegationis,
& in rebus omnibus mortifica-
tionis, præterquam, quòd gra-
vius ex capitis dolore laboraret,
insuper pejùs affectum sensit
pectus, atque ideo sanguinem
cœpit ejectare. Ad hæc im-
provisa mortis præsagia non
cohorruit Franciscus, neque ti-
muit deserere studia, quin & vi-
tam ipsam, si DEO liberet, & ad
utrumque se Divinæ Majestati
promptum offerebat, ingemi-
nando illud Prophetæ: *Para-
tum cor meum DEUS, paratum*

cor meum. Placuit DEO ea promptitudo, concessitque illi longiorem vitam, ut ipsum igne diurnæ ac molestæ ægritudinis probatum depuraret, nobis verò imitandas proponeret multas ejusdem ac raras virtutes. Statim, ac pristinæ valetudini fuit restitutus, prosequutus est studia, sed Pater Provincialis metuens, nè pateretur recidivam, ex qua non amplius resurgeret, penitus ipsum amovit à Philosophia. Quod Patris Provincialis decretum multis videbatur novum, quandoquidem Franciscus convalesceret, atque alioquin esset boni ingenij, maturi judicij, & singularis virtutis. Sed DEUS id permisit, ut veluti lapidis lydiij ab-

frictu, comprobaretur ipsius
virtus, & exemplo esset ac solatio
multis. Nam ille non discussit
mandatum Superioris, nihil de eo
loquutus est apud Patres auctoritate
pollentes, neque ullam rationem
apposuit, sed suscepit monitum
tranquillo & hilari animo, ac vultu,
tanquam profectum ex ore DEI,
propter quem, sicut inchoaverat,
ita intermittebat studiorum
cursum. Licet eo in eventu,
multi ipsum diligenter observaverint,
quid ageret, quidve diceret,
nemo tamen fuit, qui advertisset
in eo signum cujusquam
mœstitiæ, vel audivisset conquerentem,
ita ut quidam obstupescens,
quod tam esset alienus à rebus,
honorem, & æ-

stimationem propriam concernentibus, adeoque animum componeret ad Divinum beneplacitum, ex eo quaesierit, fueritne ideo aliquantisper turbatus vel contristatus. Cui ille se transvolantem tantum, in imaginatione, levissimam quandam, instar muscae, habuisse cogitationem: unde intelligi queat, illum affectibus humanis non caruisse, sed eos exercitio mortificationis, subjectos habuisse spiritui ac Deo. Alterius simili quaesito ita respondit: Scio equidem me à Patribus amari, ideoque de me statuerunt, quod mihi magis expedit, & hoc mihi sufficit, ut quod decreverunt, suscipiam animo tranquillo & hilari; atque cum
ipfi

ipſi ſint Miniſtri DEI, credo id illis à DEO inſpiratum, in meum bonum, & quia ipſum ſcio meum eſſe Patrem, qui mei curam gerit ſingularem, meque multum amat, magnopere gaudeo, dum mecum reputo, ipſius eſſe iſthanc diſpoſitionem. Et hæc ſunt, quæ de eo tunc dicebantur. Aliquot autem annis poſt audivi, quòd Franciſcus, cum aliter voti compos fieri non poſſet, in valetudinem obtenderit, ut ſtudia prorsus deſereret, pactusque fuerit cum P. Provinciali, obtentâ jam eâ gratiâ, ut poſtquam diſceſſiſſet Meſſanâ, ſcriberet P. Rectori, ac manderet, nè interceſſione Patrum, qui fortè ex ſua charitate ſeſe eſſent oppoſituri, victus ſenten-

tiam, de ipso latam, mutaret,
Quod evenisse, mihi sat probabile videtur, & conforme est suavi modo nostræ Societatis, quæ non consuevit abrumpere filium studiorum Juvenibus ingeniosis & probis, nisi ipsismet id petentibus ob gravem infirmitatem. Liquidò autem mihi constat, Franciscum propter vilem sui æstimationem, atque ut plus temporis, majorémque opportunitatem haberet agendi in oratione cum DEO, postulavisse, nè applicaretur studiis altioribus: ac deinde, cum jam ijsdem operam navaret, voluisse petere, ut illa intermitteret, svasúmque ipsi fuisse à viro sancto, ac prudente, ut eâ petitione supersederet, sed regi se permit-

mitteret à DEO per Superiores. Ut ut res se habuerit, in posteriori facto relucet magna animi demissio, in priore perfectissima resignatio, ac transfusio voluntatis in Divinam, declaratam per DEI ministros. Atque exigua illa commotio non repugnaret ejus postulationi. Quia in executione natura solet sentire difficultatem, quam speculando non apprehendebat. Valere jussis studijs, ut haberet, quo occuparetur, denuo fuit applicatus prælegendæ Grammaticæ, in classe infima Collegij Messanensis. Quam ipse provinciam promptè suscepit, impenditque se officio suo eo studio, bono exemplo & fructu, quo antehac in Collegio

H s

Pa-

Panormitano, ut scripsi, ac proinde brevitatis causâ, nihil ultra hoc loco refero.

CAPUT XIV.

De virtutibus Francisci, & primum de animi submissione.

ET si quàm studiosissimè Franciscus conaretur occultare pretiosa cimelia suarum virtutum, ut illa eò conservaret securiùs, nihilominus efficere non potuit, ut splendor earumdem, non refulgeret ad gloriam DEI, & exemplum aliorum. Et cum nonnullas commemoraverim ab initio, quarum in seculo ac tirocinio specimina præbuit, hîc paucas tantummodo

do attingam (quia omnes nôsse nequeo) quas in ipso observavimus eo tempore , quo in Religione studuit literis humanioribus & Philosophiæ, vel docuit Grammaticam. Verùm unde meliùs ordiar, quàm ab illa virtute, quæ à Spiritu sancto ante omnes alias poni consuevit in edificio spirituali, éstque medium efficax, ad consequendas scientias, tam humanas, quàm divinas, citra periculum propriæ salutis? Hæc est demissio animi, quæ in eo ortum habuit ex vera cognitione, tam propriæ vilitatis, quàm Divinæ Majestatis, cujus perfectiones, cum suis imperfectionibus conferens, verecundabatur, seque exinaniebat coram DEO. Hu-

milem istam sui cognitionem, habuit ab ipso suæ conversionis principio, quæ aucta in tirocinio, reliquis annis summam attigit perfectionem. Existimavit semper, se magnum esse peccatorem, talem se vocabat, & talis ab omnibus haberi optabat, præsertim conscientiæ Arbitris & Superioribus, quibus cum frequenter negotia animæ, & religiosæ perfectionis conferebat, ut meliùs ab illis regeretur. Licet optimo esset præditus judicio, nihilominus aliorum in rebus omnibus exquirebat sententiam. Omnes reverebatur, tanquam Superiores, atque ut tales, in salutando præveniebat, omnibus potioem, quavis occasione, deferebat ho-

norem, cujuslibet se reputabat
servum, & hac mente subscribe-
bat literas, quas dabat ad suos
Fratres: *Servus Societatis IESU*
Franciscus Cajetanus. Monitus
à quodam, ut in conversatione
esset aliquanto affabilior, ad
DEI gloriam, & profectum ali-
orum, respondit suaviter sub-
ridendo: *Existimásne, quésó,*
me eâ pollere gratiâ, quâ pollent
alijs in conversando? & nescin' me
alijs esse longè inferiorem? crede
mibi, non est vitium istud volun-
tatis, sed nature, quod, licèt ve-
lim, superare nequeo. Tale de
se tulit iudicium, ob animi de-
missionem, siquidem in seculo
hilarem, gratiosum, & charum
cujusvis conditionis hominibus
fuisse constat. quia verò serió
stu-

studebat uni placere D E O, ut illum ubivis, & in quolibet exercitio haberet præsentem, neglecto omni humano solatio, veterem hominem exuit. Omnes suspiciebat ut Sanctos, ita ut nemo illi posset esse offendiculo, dicebatque, difficilem sibi videri observatu illam nostram Regulam, quâ jubemur graves sociorum defectus agnitos, manifestare Superioribus, ut opportuno corrigantur remedio: existimabat enim non posse fieri, ut, qui ex animo esset humilis, quales esse rebatur omnes, videat alienos defectus: atque ita aliud agens, describebat se ipsum, quod non ex inscitia, sed ex animi demissione, nesciret in alijs Religiosis ullam culpam

pam
quen
mo
mora
vices
fabat
tem
fabat
tent
clau
vit,
diun
ad
nem
bis
Pau
mat
fect
a m
& i
Tu f

pam deprehendere. Licet frequens mihi cum eo fuerit sermo, nunquam audiui commemorantem alienos errores, quia vices dolebat omnium, & excusabat universos, se verò scaten-tem vitij arbitrabatur, & incubabat, atque oculos sibi soli intentos, ad aliena autem facta, clausos habere oculos, iudicavit, id ipsi, DEO inspirante, medium esse necessarium & efficax, ad consequendam perfectionem: quod ipsi huiusmodi verbis exposuit Divinus Magister: *Pauci, Fili, assequuntur consummatam solidarum virtutum perfectionem; quia pauci agnoscunt, a me sibi suas esse concessas dotes, & ideo de se non sentiunt demissè. Tu fac, ut intelligas, me esse au-*
tho-

thorem eorum, quæ habes: serui
mibi diligentiam, quam potes, ma-
ximam, & ego semper tibi adero,
si te extuleris supra alios, judica-
verisque alienas actiones, derelinq-
uam te, & subito pessum ibis.
Compatere ergo ex corde omni-
bus, & deprecare aliorum culpas,
ac persuade tibi, te pejus acturum,
nisi Divina Bonitatis gratiam ab-
undares. Metue meum con-
spectum, siquidem cordis tui misere-
riam cognosco, & novi fore, ut
facile superbiam efferreris, nisi ego
tibi semper adessem. Time igitur
semper te ipsum: qui sibi ti-
met, intelligit egestatem ac vilita-
tem propriam, & aliorum judi-
cem agere perhorrescit: quia se
omnibus pejorem cognoscit, nec se
cuiquam confert, qui omnes ut
Fi-

Filios
esse si
Qu
prom
derid
usque
omin
qui e
dus.
perfe
tum
doqu
struc
tus e
cepi
bus
runt
ditu
com
fecit
dicti

Filios meos aestimat, se verò solum
esse filium iniquitatis arbitratur.
Qui se abhorret, optat, estque
promptus, ut illum averfentur, ac
derideant omnes. Time, quoad-
usque te cognoscas, ac te ipsum ab-
omineris, & optes despici ab alijs :
qui est supremus humilitatis gra-
dus. Hæc ille. Et verò istam
perfectionem re ipsâ assequu-
tum fuisse quis ambigat : quan-
doquidem nihil unquam fini-
strum protulit, neque suspica-
tus est de ullo, hilaritèrque sus-
cepit ea, quæ varijs occasioni-
bus alijs adversùs ipsum dixe-
runt, vel egerunt. Non est au-
ditus, vel verbo se, aut suos
commendare, quòd si quis id
fecisset, protinus dextrè filum
dictionis abruptit. Alienissimus
fuit

fuit ab omni modo agendi Pseudo-politico, qui pestis est sacram familiarum; visitationes officiosas, & sermones, aulice tinctos aspergine, cavit semper, satisfaciens tamen interim paucis verbis, & vultu hilari, opportunis temporibus, debita charitatis officijs. Amavit contempere contemptum sui ipsius, ut ipsum noscentibus, magna esset admirationi; qui verò illum non novisset, ex vehementer immutato vultu, vestitu paupertino, totius corporis habitu, & modo loquendi candido ac simplici, intellexisset fuisse rure natum, cum tamen ijs naturæ & gratiæ dotibus fuerit abundè exornatus, quas retulimus capite secundo. His sanctis artibus

bus v
viam
nobis
suffur
pertu
funct
Ill
ditis f
cerleb
nè ip
tur, t
raren
lunta
queba
genua
manu
tebat
Non
rem,
id qu
gitur
bus

bus verè humilis, præcludens
viam officijs urbanitatis, quæ
nobis tempus, pretiosius auro,
suffurantur, ac affectus nostros
perturbant, conabatur haud per-
functoriè soli DEO placere.

Illibenter fiebat obuius sub-
ditis sui Fratris, aut ab illis ac-
cersebatur ad Collegij januam,
nè ipsum submissè veneraren-
tur, titulisque illustribus hono-
rarent. Quando verò ex vo-
luntate Superiorum eos allo-
quebatur, non patiebatur, ut
genua sibi exoscularentur, vel
manus; neque ipsos à se dimit-
tebat absque salutari alloquio.
Non minùs abhorrebat hono-
rem, quàm alij contemptum,
id quod è sequenti facto intelli-
gitur. Perambulans Messanam,

oc-

occurrit cuidam Nobili adve- præfer
næ, sciscitanti de quopiam Re induc
ligioso. Postquam illum de sider
edocuiſſet Socius, ſubjuncti deſti
Domine, alium habes cogna bat, a
tum, qui tibi ignotus hîc adel geren
Franciſcus, & Fratrem habet cendi
Dominum Marchionem Sorre magn
ni. Id ille audiens, ſingular audie
ſervum DEI proſequutus eſt ho indig
nore ac obſervantiâ, Franciſcu occup
verò vultum modoſto ſuffudit lia, i
rubore, & paucis, ſubmiſiſque refer
verbis hominem affatus, ſe ab à Dor
eo proripuit. Suo dein tempo ruſo,
re, ſervatâ pace animi, ſubof ingre
fenſum ſe oſtendens, tantope ſedit
Socio queſtus eſt, quòd eo ho terij
nore fuiſſet affectus, ut is vehe adge
menter ipſius humilitatem mi Con
raretur. Honorabat omnes cibu
pra

præsertim Sacerdotes, & agrè
inducebatur, ut coram ijs con-
sideret, quos etiam instar mo-
desti discipuli interrogare sole-
bat, ac de re quapiam pia, sug-
gerendo occasionem introdu-
cendi colloquia spiritualia, quæ
magnâ modestiâ, & solatio suo
audiebat. Ulteriùs progressus,
indignum se existimabat, qui
occuparet Sacerdotum subsel-
lia, ut patet ex eo, quod nunc
refero. Petitus fuit aliquando
à Domina Baronissa de Calva-
rulo, sua Amita, alloquij causâ:
ingressus idcirco templum, re-
sedit in suppedaneo homologe-
terij eâ parte, quâ poenitentes
adgeniculantur Confessario.
Conata fuit illum Domina pre-
cibus inducere, ut sedem occu-
pa-

paret, quod prorsus detrectabat, dicens se eâ indignum. Unde ipsa humi sese maluit collocare. Conspexit fortè Ædituus tam pulchrum demissionis certamen, & inusitatum modum, mutuz, talium personarum, in colloquendo, observantiæ, volensque vincere Francisci humilitatem, prætexuit Obedientiam, dicendo ipsi, velle id Patrem Rectorem, cujus indignationem esset incursum, si illum alio loco pateretur considerare, quàm eo, qui decet tum ipsum, tum personam, quacum loqueretur. Neque est mirum, quòd tantopere honoraverit Sacerdotes Ministros Altissimi, cum nè quidem Superior æstimari voluerit Fratribus Novitijs. Ex-itu-

icurus
Tiron
leo cl
ut illi
creaba
habitu
videba
Novit
laxati
illis di
Coadj
pus fr
famul
cia ob
doctri
rum fr
plum.
exerci
alicui
tidie
mans

iturus subinde domo cum Socio
Tirone deditâ operâ, relicto pi-
leo clericali, utebatur galero,
ut illi similis haberetur, & re-
creabatur audiens eos, qui hoc
habitu compositè incedentes
videbant, dicentes: Isti sunt
Novitij. Tempore deputato re-
laxationi animi, libenter cum
illis diserebat, & cum Fratibus
Coadjutoribus, idémque tem-
pus frequenter dabat extraneis
famulis, domestica viliora offi-
cia obeuntibus, explanans ijs
doctrinam Christianam ad ipso-
rum fructum, & aliorum exem-
plum. Delectabatur munijs &
exercitijs humilibus, ac eorum
alicui suam, quoad vixit, quo-
tidie operam addixit, magis a-
mans & appetens abominabi-
lio-

liora, magisque aduersa sensuit
 & dum poterat, tam hilariter il-
 la obibat, quàm alij honorifica
 ac iucunda ministeria. Non
 contentus semel iterùmque in-
 fervire mensæ, aut in culina e-
 luendis, tergendisve lancibus
 occupari, quod inter nos exer-
 cendæ ergò humilitatis, ab ipso
 quoque Sacerdotibus fieri con-
 svevit, promptè insuper, ac fre-
 quenter se offerebat ad supple-
 das ea in functione aliorum vi-
 ces. Aliena bona, de ejus vir-
 tute existimatio, ipsi erat quàm
 molestissima & ingratiissima
 unde gravi cuidam Patri, à quo
 fuerat rogatus, ut illi quam-
 piam reculam, ad sui memo-
 riam, ante obitum impertire-
 tur, perquam dolenter suspi-
 rans

rans respondit: *Pater mi, non
me novit Vestra Reverentia: quo-
modo petit memoriam habere tan-
ti peccatoris, quantus sum ego?
qui, nisi mihi pretiosus Christi
crucifixi sanguis opem ferat, in
quo omnem spem meam reposui,
inferno addicar.* Questus est P.
Ministro, quòd nullà ab illo, to-
tius anni decursu, pœnâ multa-
tus fuisset, quæ pro religiosa
disciplinæ observantia exigi
consvavit ob errata, quantum-
vis veræ culpæ sint expertia: Pa-
ter verò subridens, ei dixit: tu
aliquam admitte culpam, & ego
te mulctabo. Sæpe compare-
bat in triclinio pannosâ lacernâ
indutus, præsertim feriâ sextâ,
ob religionem, quâ erga Chri-
stum crucifixum ferebatur, ac-

cusans se de suis erratis, excolans omnium pedes, cibum humi capiens, eundemque multoties eleemosynæ loco mendicans, quæ ita peragebat, ut universis pium animi sensum ingereret, omnésque ad imitationem sui incitaret, cum ab eoderent communia illa demissionis exercitia, tanto affectu frequentari, cujus videlicet vitæ rat semper ad perfectionis leges exacta, & sancta. Licet assiduè conjunctus esset DEO, præclaris cœlestibus luminibus sublimibusque Divinorum mysteriorum sensibus abundaret, id tamen manifestabat nemini conabatur præsentibus alijs cohibere lacrymas, quamvis interdum non posset; tanta enim

rat divini vis amoris, quo col-
ipſius inflammabatur. Con-
feſſarijs tantum, & Superiori-
bus, propter Regulæ noſtræ ob-
ſervationem, ſuique directio-
nem, aperiebat viſitationes, &
conſolationes cœleſtes, quas i-
pſe ſcripto adnotabat: eâſque
conjicio, ex paucis à me lectis,
magnas fuiſſe & illuſtres. Exi-
ſtimo, ex animi demiffione dif-
cerptum fuiſſe ab ipſo libellum,
in quem illas retulerat, cum
quàm ſtudioſiſſimè quæſitum re-
perire non potuerim, neque ali-
quid de eo intelligere. Argue-
bat ſe ut ingratum Divinis be-
neficijs, & ſæpe mihi dicebat,
ſe vehementi perurgeri ſtimu-
lo, quòd non reſponderet ma-
gnitudini divinæ gratiæ, quam

indies majorem in se experiretur; & tamen multis annis, quibus illi convixi, semper ipsum vidi usque adeò sedulum, ac sollicitum in rebus omnibus, divinum obsequium concernentibus, ut hodiè que admirandum in animo revolvam. Agnoscens se imparem reddendis debitis Deo gratijs, rogabat quolibet tam Religiosos, quàm seculares, ut pro se Deo satisfacerent. Adferam, quæ huc faciunt, quædam ejus verba, scripta ad Fratrem: *Me commendentur, sanctis tuis orationibus, & omnium illorum, quorum precibus visum tibi fuerit, me commendare: cum etenim debitum meum sit eò majus, quò est sublimior gratia, mibi à Divina Ma-*

jestat
me or
ut sic
sim r
ni,
Dom
re lo
sider
strun
bus f
seipu
bat o
Inter
quo,
retur
bat b
ex ec
scho
gend
tiam
scho
je-

perire
 s, qui
 psum
 ac lo
 s, di
 ernen
 rabun
 Agno
 dis de
 t quos
 uam se
 satisf
 huc fe
 a, scri
 mendo
 onibus
 um pre
 e com
 bitum
 Et publi
 a Ma
 je


jestate præstita, non possum non
 me omnibus meritò commendare,
 ut sic adjutus, vel tantillum pos
 sim respondere ingenti obligatio
 ni, quâ sum obstrictus D E O.
 Domesticæ relaxationis tempo
 re loquebatur modicùm, & con
 sideratè, neque agebat Magi
 strum, etsi talis jure esset in re
 bus spiritualibus; sed instar di
 scipuli, cupidus discendi, audie
 bat omnes attentè ac modestè.
 Interrogatus super dubio ali
 quo, se excusabat: si verò urge
 retur vehementiùs, responde
 bat breviter & humiliter. Cùm
 ex eo quæsiuisset Frater quidam
 scholasticus, quidnam esset a
 gendum ad evitandam tristi
 tiam, si exercitatio quæpiam
 scholastica non succedat ex sen

tentia; primùm tacuit, ac sub-
risit, importunè verò respon-
sum exposcenti dixit: *Frater*
mi, quid dicam? quere in his re-
bis gloriam DEI, non tuam, &
nihil agrè feres: age, quod agis,
quàm optimè nôsti, ac deinde to-
tum te permitte DEO. Non in-
terrumpebat cœpta ab alijs col-
loquia, quæ sensim, sinè sensu,
singulari gratiâ revocabat ad
spiritualia, ità tamen, ut nemi-
ni esset molestus: si sermones
erant inutiles, pium aliquid ru-
minando, silebat, & silentio
corrigebat aliorum errorem.
Videbatur penitus vicisse vi-
tium vanæ gloriæ, & nihilomi-
nus laudem suam horrebat, vel
in minimis rebus. Claudat præ-
sens caput argumentum, meâ

opi-

opinione, satis luculentum, Humilitatis Francisci, quòd licet, ætatis jam esse maturioris, & non Juvenculus, enutritus præterea delicatè & indulgenter, educatusque inter exercitia vana, tamen se ità adaptaverit humilibus & abjectis exercitijs religiosis, ac si à puero in illis adolevisset, nec unquam, seu factis, seu verbis, vel minimum signum præstulerit ullius superbiæ, aut vanæ suimet æstimationis, fueritque summus osor omnis singularitatis in victu, vestitu, habitatione, ac in quibuslibet rebus alijs; amaverit verò, & exoptaverit incommoda, ac sui vilipensiones; quod denique magnâ prudentiâ, humanam superante, studiosè celaverit.

actiones laudabiles virtutum, &
gratias, quibus ipsum quotidie
DEUS copiosè cumulabat, cave-
rítque publicè agere in homi-
num oculos incurrentia, quibus
comparare sibi posset famam
sanctitatis: volebat nempe ser-
vare eas regulas, quæ sublata
hac famâ ac plausu, & quodam
singularis vitæ splendore, nos
securâ & compendiosâ viâ ad
maximam deducunt perfectio-
nem, per media excellentissima
mortificationis, Obedientiæ &
abnegationis, non solùm
omnis voluntatis, ve-
rùm & judicij
proprij.



CAPUT XV.

De subjugatione passionum, & affectuum humanorum.

Subsidio humilitatis, quâ, ut ait S. Gregorius Papa, vincuntur omnia vitia, nitebatur Franciscus, summo conatu, vincere universas cupiditates & affectus vitiosos animi abstrahendo se pro viribus, à rebus omnibus creatis, divinâ igitur opitulante gratiâ, coepit studere huic internæ mortificationi, ex qua, veluti rivus ex fonte, oritur externa sensuû custodia, & in qua volebat S. P. N. Ignatius eminare suos filios. Intentus porrò eradicandis passionibus inordi-

natis, brevì tale earum assequutus est dominium, ut videretur omnes omnino exuisse; quamvis non esset naturæ phlegmaticæ, neque remissus in exercitijs ac negotijs occurrentibus. Et verò ab anno decimo sexto suæ ætatis, ad vigesimum secundum, genio suo indulserat, at deinceps (ut potens est gratia DEI) quis ausit asserere, se in eo animadvertisse ullum supervacaneæ hilaritatis signum? Rîsus ipsius, quemadmodum de sancto Malachia Episcopo Hiberniæ, scripsit S. Bernardus, erat rarus, & modestus, qui demonstrabat lætitiã, charitatis indicem ac nutricem, absque cujusquam nota levitatis. Qualis tristitia, aut turbatio animum ejus occu-

pa

pavit, veletiam se prodidit in
vultu, quæ non fuisset orta ex
recordatione peccatorum? quid
unquam timuit, qui nihil præ-
ter DEUM desideravit, nihil a-
mavit præter suum Condito-
rem? Et tamen teste Patre Jose-
pho Ragusa, viro docto ac pio,
Patre ejus spirituali, nec pau-
cas, neque leves habuit turba-
tionum occasiones. Taceo,
fuisse quandoque vilipensum,
ac devitatum à longè se inferio-
ribus. Quando se laudari au-
diebat, tantùm rubore faciem,
suffundebat. Pronum est, ut
ager contristetur, & queratur,
optètque sanitatem, saltèm, ut
eam impendere possit Divino
obsequio; Franciscus autem,
nunquam questus est, nec trista-

tus, ob continuas & graves a-
gritudines, neque meliorem va-
letudinem expetijt eâ, quam il-
li Deus concedebat. A deside-
rio vitæ diuturnæ, quod homi-
ni est congenitum, aberat quàm
longissimè: verbô, nihil erat,
quod cuperet, vel diligeret præ-
ter DEUM, Creatorem suum &
Servatorem. Etsi degens in
seculo, ardens & graciosus fue-
rit in contrahendis conservan-
disque amicitijs, in Religione
penitus refrixit; & singularem
cum nemine inivit familiarita-
tem, omnes pari affectu, ut ima-
gines DEI complexus. Non
ideo tamen ingratus erat pro
susceptis beneficijs, neque in-
termittebat, cuiquam debitas
referre gratias, quantumvis id

præ-

præstaret magis religiosâ simplicitate, quàm expolitis verbis. Ipse amor consanguineorum ità in eo fuit moderatus, ut non nisi DEUS illi videretur esse Pater, Magna DEIPARENS MARIA Mater, CHRISTUS DEI Filius Frater. Non commemoravit, aut recensuit unquam ulla dicta vel facta Cognatorum, quamvis & religiosi homines, talium pro opportunitate interdum meminerint, cujus tamen rei frequens se illi offerebat opportunitas, cum multos haberet sanguine junctos, titulis ac officijs illustrissimos & excellentissimos, sparsos per Siciliam atque alibi. Referunt hodièque admirabundi subditi Fratris, quòd, dum honoris causâ, illum adirent, affa-

affabiliter ipsos excipere fuerit solitus, ac nē verbo quidem interrogare de fratribus vel consanguineis; nec etiam per illos salutem illis dicere, quasi ipsos minimē nōssent: differuit verò de rebus ad animæ salutem pertinentibus, ac imprimis de frequentandis sanctissimis Sacramentis, deque contemptu mundi, ità ut repleti stupore, tanquam ignari hujus novæ & divinæ Philosophiæ, ac humano quodam sensu permoti illacrymarentur, & reversi in patriam, Franciscum, velut hominem celestem admirantes, deprædicarent. Profecturus Pater quidam noster Sortinum, percunctatus est ipsum, vellētne quidem suo nomine dici Domi-

nis

nis f
Vestru
dicat
bonu
creat
tidie
es in
bat,
nent
taten
pecu
In lit
repe
leat a
tia m
tribu
suis s
verò
nus e
rum
viffe

nis suis Fratribus ; respondit :
*Vestra Reverentia hoc solum illis
dicat ; ut se recordentur esse filios
boni Patris , id est illius , qui nos
creavit , & quem invocamus quo-
tidie dicendo : Pater noster , qui
es in caelis .* Rarò iisdem scribe-
bat , nec nisi de rebus concer-
nentibus DEI cultum , & chari-
tatem proximorum , atque ex
peculiari Superiorum mandato .
In literis à me lectis , nè verbum
reperio , quod humanum redo-
leat affectum . Proponit nego-
tia magna humiliter etiam Fra-
tribus natu minoribus , quasi
suis Superioribus . Respondens
verò ad quasdam , in quibus u-
nus eorum illi scribebat , factu-
rum se , quod illi commenda-
visset , ex obligatione , quâ ei sit
de-

devinctus, ità loquitur: *Non tamē, ut mihi scribis, ac si aliquid præstandum tibi sit ex obligatione, qualem nullam agnosco: sed solummodo ex eo amore, quem nostri cum DEO conjunctio exposcit.* Acceptabat nuntia voluntati propriæ contraria æquanimiter, & monebat iteratò ac mansvetè, quid esset agendum, atque id inculcabat ejusmodi verbis, ut nesciam, magisne commendanda sit modestia in scribendo, an zelus justitiæ. Omnes Francisci literæ spirabant devotionem, tandèmq; scintillabant flammis amoris Divini: siquidem illas concludebat exhortando ad exuendum amorem hujus vitæ, ad consecrandum amorem DEI, ac desiderandam

dam æternam beatitudinem. Statui cujusvis & conditioni accommodabat monita; quemadmodum fratrem secularem exhortatur, inquit: *Stude DEO servire vero amore, sicut te facere credo, in munere tuo, quod tibi committere dignata est Divina Majestas.* Et Sorori Religiosæ, in litteris datis ad suam amitam Monialem, ita scribit: *Sorori mee Ioanne, commendo, ut sit dedita rebus spiritualibus, progrediatur, nec sistat unquam. Qui enim in vita spirituali non progreditur, perdit, quod assequutus est.* A cognatorum negotijs curandis abhorrebat, & Fratri, qui nescio quid illi commendabat, respondit hunc in modum: *Res mundanae commenda-*

da

data Religiosis, non possunt bonum sortiri exitum, cum videantur esse alienæ ab illorum professione, hac tamen vice, quam existimo fore ultimam, tibi potest ignosci. Non tantum non immoderate afficiebatur erga Patriam, vel sanguine junctos, sed etiam Fratris scribenti, velle se ad ipsum invisendum venire, ex fraterno affectu, & solatij ab eo capiendi gratiâ, id illi his verbis vetuit: *Multum mihi gratulor, quod hac in re prætuleris meum beneplacitum, tuo desiderio quapropter respondeo, non de futuram nobis. D E O volente, occasionem, quam nos videamus, quando quidem homines Societatis nunquam stabiliter in eodem loco commorantur, ut proinde facile possimus conveni-*

re.

re. *Velim autem tibi persuadeas, (quod scribo confidenter) nec te, neque alium quemvis, procurando meam ad aliquem locum profectionem, impellente amore naturali, etsi non malo, rem mihi gratam facturum; hoc mihi crede. Ut huc venias, mihi non probatur; sufficit. si alter alterius meminert apud DEUM: atque sic nos invicem invisemus, donec DEO libuerit, ut nos videamus coram, vel aliâ ratione congregiamur.* Hæc ille. Imò quando fortuitò ipsum, in eadem cum illis civitate esse evenit, compellendus erat Superioris mandato, ad eos alloquendos, quod quidem obedienter faciebat, sed modicum illis tempus dabat, sermouem instituens de rebus

bus sanctis. Cùm aliquando
venisset Dominus Marchio cum
Fratribus & Sorore Panormum,
quàm difficillimè obtinuit, in-
terposito Superiorum jussu, ut
cum ipsis pranderet. Enixissi-
mè deinde illos est obtestatus,
nè ullâ unquam ratione, se de-
inceps invitarent, non enim
ampliùs venturum. In ijs ta-
men, quæ tendebant ad Dei ho-
norem, & eorum salutem, non
deerat suo officio. Monuit So-
rorem, nè sibi verba faceret de
rebus secularibus, alioquin fu-
turum, ut se ultrà non videret.
Dum illam aliquando inviseret
ægotantem, convenit apud e-
andem quosdam suos consan-
guineos, qui seu joci causâ, seu
pro amica confidentia, ipsi in-

me-

memoriam revocaverunt illas
vanitates, quibus existens in se-
culo, sese oblectare consveve-
rat: conticuit tum aliquam-
diu, postea Divino zelo exar-
descens, resumpto sermone, dis-
seruit de stultitijs mundi, & bo-
nis Religionis, eo fervore spiri-
tûs, ut omnes attoniti, se invi-
cem intuerentur: atque unum
permovit, qui liberioris erat
vitæ, ut se reciperet ad nostrum
Collegium, per dies aliquot
asceticis S. P. N. Ignatij operam
daturus. His visitationibus
confirmabatur in sua vocatio-
ne, & accendebatur ad impen-
sius amandum DEUM Dum
egrederetur è domo sanguine,
sibi junctorum, millenas DEO
agebat gratias, propè lacry-
mans,

mans, quòd ipsum eruiſſet ex
miserijs & periculis, in quibus
degunt ſeculares, perduxiffet.
que ad Religionem, ubi vivitur
in multis ac veris ſolatijs, non
abſque pignore ac velut artha,
ſi vita ſtatui reſpondeat, æternæ
felicitatis. Nefcio, majorne
laus ſit, non laudare ſuos con-
ſanguineos, cum ipsis rarò lo-
qui, nec niſi de rebus neceſſa-
rijs & pijs; an verò audire eo-
rundem vituperia, aut triſtia de
illis nuntia, ac non moveri ad
indignationem vel triſticiam.
Utramque gloriam aſſequutus
eſt Franciſcus. De primo hac-
tenus nonnihil dictum, alterius
hic breve dabo quoddam argu-
mentum. Studens Meſſanæ, So-
cium egit procuratoris Colle-

gij,

gij, qui tum non erat Sacerdos, id quod fieri consuevit à nostris Scholasticis, feriarum autumnalium tempore, pro humilitatis experimento. Iuit ille, negotij cuiuspiam causâ, ad Iudicem Civitatis, à quo fuit interrogatus, undenam Socius ipsius esset oriundus; Sortino, inquit, Procurator. Tum Iudex inconsultè & temerè, præsentè nescio quo, cœpit mordacibus verbis vellicare Sortini Dominum, Francisci Fratrem. Ad hanc improvisam maledictorum tempestatem, mansuetus DEI servus, nihil omnino fuit commotus, nec vultum immutavit, atque tacitè DEUM precatus est pro calumniatore, ac deinde placidè discessit. Post dies aliquot,

quot, dum quispiam è nostris Patribus, in domo ejusdem Judicis, ageret cum quodam, qui rei gestæ adfuerat, præterivit fortè Franciscus cum Procuratore: curiosus Judex quærit, cujus sit Franciscus conditionis, quâ intellectâ, obstupuit, accusansque se ipsum, recensuit factum, quod narratum est. Deinde dixit: Adibo illum, ut ei innotescam, ac deprecem culpam. Ivit, vidit, & miratus est, atque redux multis retulit, quod sibi evenerat, extollens admirandam sanctitatem, veri imitatoris, mansuetudinis & patientiæ Christi. Tranquillitas animi, quâ audiebat tristitia nuntia, patet ex sequentibus capitulis. Centior factus, unum

ex

ostri
m Ju-
n, qui
rivit
ocura-
ærit,
ionis,
accu-
uit fa-
De-
ut ei
r cul-
iratus
etulit,
ollens
, veri
is &
quilli-
ristia-
ous ca-
unum.

ex suis Fratribus, semper sibi,
propter singularem virtutem,
dilectum, ob scrupulorum mo-
lestias, ortas ex anxia & impru-
dente rerum spiritualium cura,
oppressum nimiâ melancholiâ,
mentis inopem esse redditum;
nullum præsetulit mœrorem,
cùm tamen casus iste fuerit ad-
modum lamentabilis, inexpectatus & gravis, verùm sublatis
in cœlum manibus & oculis, benedixit DEUM, cujus permissu
id accidisse rebatur ad majus animæ ipsius bonum. Pacato
quoq; animo accepit nuntium, de morte Sororis Joannæ Virginis,
quæ vixit, ac obiit candidi instar lilij, odore semper fragrans
multarum & eximiarum virtutum, atque id ipsum alteri

K

So-

Sorori siccis indicavit oculis, & animo prorsus conformi Divinae voluntati. Credebat enim ipse non esse deffendos eos, qui ex hac miserabili, migrant ad vitam beatam; sed illos, qui in miserijs vivunt, peccatorum cum periculo, nè æternùm se peliantur in inferno.

CAPUT XVI.

De afflictatione corporis.

AD frenandos animi affectus, dirigebat Franciscus afflictationem corporis, cui erat semper addictus, ab ipso suæ ad DEUM conversionis principio. Inde factum est, quòd animum adjecerit ad Religionem Patrum

Ca-

Capuccinorum, utpote eam, quam rebatur esse perquam asperam, ob externas austeritates. Licet verò præmissâ maturâ consideratione, & habito speciali lumine cœlesti, ut notatum est, illius loco Societatem JESU sit amplexus, moderatorem in ejusmodi pœnitentiæ studijs, non deposuit tamen odium sui corporis, nec mutavit voluntatem ejusdem, inflictis pœnis excrucianti. Idcirco à primo, in nostram Societatem ingressus die, seriò se dare cœpit continuæ mortificationi, quâ nunquam fatigabatur, neque illam intermittebat, propter, seu occurrentium negotiorum diversitatem, seu varietatem exercitiorum, seu deni-

que humanam fragilitatem, semper se exhibendo vegetum, ac promptum, ad edomandos affectus animi, & vexandum corpus cilicij, flagellis, & jejunijs perpetuis, ut ferreus esse videretur, non carneus; vel quem admodum dixit de Martyribus S. Cyprianus, alienis configere membris. *Experientiâ didicit, usque adeò esse proficuum, perpetuum istum conatum sui met divexandi, ut diceret: neminem posse progredi in via virtutis, nisi satagat, singulari curâ, corruptæ naturæ vincere repugnantiam, in rebus quoque minutis, studio mortificationis; sinè qua animo concipere victoriam sui, in rebus magnis, & velle pertingere ad ex-*

cel-
sion-
tent-
ip-
occu-
tifica-
posse
lare
spor-
mom-
supp-
mus
Pro-
ac p-
liqu-
ip-
bis
prog-
tant-
sens-
Qu-

cellum sanctitatis gradum, illusionem esse amoris proprii, ac tentationem diaboli. Dum ipsi non nemo obijceret, non occurrere tam frequentes mortificationum occasiones, neque posse hominem semper invigilare ijs inquirendis; Imò, respondit, *nullum labitur temporis momentum, quo non multa nobis suppetant occasiones, si illas nolimus fugere, quas Divina nobis Providentia, ad nostrum meritum ac profectum offert. Atque si aliquando vellemus seriò nobismet ipsis vim inferre, DEI gratia nobis expeditum redderet iter, & progredieremur absque obstaculo, tantoque libentiùs, quanto magis sensuales refrenaremus appetitus. Quod documentum ipse pri-*

mus exequabatur, persuadens sibi, magnam se facere jacturam in studio perfectionis, si præterire sineret, vel momentum temporis, quo non aliquam de se ipso referret victoriam. Quia verba, signa sunt & imagines, affectuum internorum, & ex abundantia cordis, os loquitur, sæpe in suis colloquijs asseverabat, necessariam esse mortificationem ijs, qui incumbunt in salutem animarum, utnè illis adhæreat pulvis, quem ex alijs excutiunt. In hunc finem depromebat ex lectione librorum spiritualium, præsertim ex aureo libello, de contemptu mundi, nonnullas sententias, de mortificationis praxi, deque fraudibus amoris proprii scitè disse-

ren-

adens
turam
ræter.
n tem.
de se
Quia
nes, af.
ex ab.
quitur.
vera.
tifica.
t in sa.
lis ad.
lijs ex.
depro.
m spi.
aureo
uñdi,
e mor.
fraudi.
e disse.
ren.

rendo, non cedebat eximijs spi-
ritus Magistris. Placere sibi ad-
modum aiebat Regulam 12. Sum-
marij nostrarum Constitutio-
num, in qua monemur, ut quæ-
ramus continuam in rebus om-
nibus mortificationem, quoad
feri potest, nostrique abnega-
tionem: & extollebat spiritum
ac prudentiam S. Ignatij, sugge-
rentis nobis tam efficacia me-
dia perveniendi ad culmen per-
fectionis; cujus indicia sunt, de-
siderium patiendi, absque culpa
nostra, injurias, contumelias, &
mortem ipsam amore Christi,
qui nobis præit exemplo, ad
quod imitandum nos continuè
invitat. Deficiunt me verba
paria factis, quibus ipse imita-
torem se sui Servatoris proba-
vit,

vit, dum vestigijs ipsius insi-
stens, suam perpetuò tulit cru-
cem. Attribui verè illi potest
laus, quâ Ecclesia sanctum Lu-
cam Evangelistam, gratias à
DEO, per ejus intercessionem
petens, celebrat; *Qui crucis mor-
tificationem jugiter in suo corpo-
re, pro tui nominis honore porta-
vit.* Etsi autem, opinione mul-
torum, omnibus virtutibus
Franciscus noster excellere stu-
duerit, videtur tamen tulisse pal-
mam, studio mortificationis, in
cujus amore & exercitio, dici
potest, non esse inventum simi-
lem illi. Acceptabat ille om-
nia sibi à Superioribus injuncta,
amori & æstimationi propriæ
contraria, absque excusationi-
bus, ac ulla dilatione: ample-
etc

ctebatur omnes sui vincendi oc-
casiones, quas ex dictis factisve,
seu æqualium, seu inferiorum,
nanciscebatur, non responden-
do quidquam, neque semet ali-
ter vindicando, quàm silentio
& oratione. Eo insuper odio
atque conatu, quo hostis niti-
tur nocere illi, qui graviter ho-
norem ipsius & vitam offendit,
perpetuò satagebat sibi ipsi re-
pugnare ac displicere, ut sin-
gillatim quædam referam. sen-
sus suos tam rigidè custodivit,
ut multis annis nullum, quan-
tumlibet exiguum, admiserit
solatium: oculos gerebat de-
missos, quos nunquam attolle-
bat ad quidquam videndum, ni-
siurgeret necessitas. In scho-
la erat tam compositus, ut Con-

discipulos in sui admirationem raperet, atque etiam ipsi, illo conspecto, sese componerent. Eandem modestiam observabat, præcipuè in locis sacris & publicis, eratque hæc inter alias causas, quòd non notaret alienos defectus, quia non attendebat, quid alij agerent, sed sibi soli invigilabat. Eveniebat, ut, cum alij differerent de rebus, quæ pridem acciderant, & omnibus constabant, ipse unus illas ignoraret. Neque tantum non fuit cupidus rerum vanarum, vel indifferentium, sed neque spectandarum solennitatum, & apparatusum sacrorum. Certum est, quòd nunquam præsetulerit cupiditatem, neque unquam petierit facultatem vi-

den-

dendi, seu elegantis cujuspian
horti, seu magnifici palatij, seu
solennis ingressus triremium,
Principum, vel Proregis, qua-
lium spectaculorum frequens e-
rat occasio, tum Panormi, tum
Messanæ, ubi multis annis est
moratus. Imò nec unquam
postulavit copiam egrediendi
domo, ut sanitatis causâ exspa-
tiaretur, vel inviseret templum
festo ipsius die, aut videret reli-
quias, vel res sacras, atque adeò
nec adire volebat fenestras do-
mûs, aut pergulas, ad spectan-
das ejusmodi pompas, vel ad
fruendum, aspectu ac virore,
locorum amœnorum, quæ indè
cernebantur: quando tamen
eò à Superioribus mittebatur,
quod rarò fiebat, conabatur.

eam à se recreationem amoliri,
obtentu cujuspian excusatio-
nis: hac verò deficiente, ob-
temperabat, non immemor
mortificationis. Accepto nun-
tio de obitu Regis Catholici,
Philippi II. tota illi Sicilia, ma-
gnâ doloris ac fidelis subjectio-
nis contestatione, sumptuosè
parentavit. Missus erat Fran-
ciscus cum alijs ad eas exequias,
in signum amoris, ac reveren-
tiæ, quâ magnum illum regem,
nostra Societas prosequabatur.
Et quamvis in templo Cathe-
drali fuerit erecta alta pyramis,
collucens innumeris luminari-
bus, cui respondebat ornatissi-
mus apparatus, quem nobilis
Civitas Messanensis, Regi suo
addictissima, exhibuit; ac licet
fu-

funebri illi officio adesset Dux
de Macheda, tunc Prorex, stipa-
tus multis Dominis ac Ministris
Regijs, & coronâ nobilium vi-
rorum, nec non Ecclesiastico-
rum & Religiosorum, eâ ma-
gnificentâ & spectaculo, quod
omnium in se rapiebat oculos;
Franciscus ingressus Ecclesiam,
demisso capite, inter postremos
constitit, auditurus dicentem
Ecclesiasten, & elevatâ mente
in cœlum, expendensque brevi-
tatem ac miseriam vitæ nostræ,
deplorabat cæcitatem morta-
lium, qui tantis expensis, tot
corporis molestijs, tantisque
animæ periculis, conantur com-
parare modicam gloriam, in-
star floris, cum vitæ occasu mar-
cescentem: gratias DEO age-
bat,

bat, quòd calcatis mundi vanitatibus, viveret in tali Religione, ex qua fore sperabat, ut meritis sui Servatoris adjutus, migraret ad cœlum, fruiturus æternum DEO. Erant hæc considerationes consentaneæ conditioni; quâ absolutâ, pari modestiâ, nec hominum quenquam, neque rem ullam intuitus, domum repetijt, animo cœlestibus solatijs pleno. Eadem Urbs, octavâ Septembris, celebrat Natalem Virginis DEIPARÆ, suæ peculiaris Advocatæ, præcipuâ solennitate, pro suo, erga eam, singulari studio, exornâtque Ecclesiam principem exquisitè & magnificè. Dum commoraretur Franciscus in domo Tironum, vires ab infirmi-

mi.

mitate recolligens, quæ ipsi
fuit exordium vitæ æternæ; mis-
sus erat à P. Rectore, ut animum
nonnihil eâ solennitate relaxa-
ret. Quia nullum sibi excusa-
tionis locum relictum vidit, pa-
ruit: vicinus templo, aliquan-
tùm substitit, & conversus ad
Novitium suum comitem, dixit:
Intrabimusne? Respondit ille;
Ego, quod bonum tibi videbi-
tur, faciam. Tum Franciscus,
nè permissâ ipsum oblectatione
privaret, ait: *Intramus licet:* ut
tamen meritum mortificationis
referret, oculis in terram defi-
xis, se contulit ponè summam
aram, unde non conspiciebatur
apparatus, & peractâ oratione,
exivit, nullam partem versùs o-
culos attollens. Templo egres-
sus,

sus, Socium alloquens : *Exigua,*
inquit, res fuisset, vidisse appara-
tum: ex hac tamen tantilla mortifi-
catione, DEUS fructum aliquem
eliciet : uti quidem evenit; si-
quidem Sacerdos quispiam se-
cularis, cum Novitio illo con-
versans, post paucos menses af-
firmavit; multos, eo die in tem-
plo existentes, stupuisse unà, &
sensu quodam pietatis permot-
tos fuisse, ac neglecto appara-
tu, fructos novo illo modestia
spectaculo, grato æquè homini-
bus, ac DEO. Minimè erat cu-
riosus audiendi res novas, non
solum ut intelligeret ea, quæ a-
gerentur in Regno & Urbe, sed
nè quidem nostratia, quæ fie-
rent in alijs Collegijs, atque
etiam in eo, quod ipse incole-
bat;

bat;
perio
ac ad
tia.
crear
magr
que c
eam,
non c
se, ad
lenni
rarun
dum
ob c
ces.
net,
sed n
bicu
nis g
quod
susce

bat; non exquirebat, quid Superiores de subditis statuerent, ac ad nostrum regimen spectantia. Præterea, etsi multum recrearetur musicâ, quâ in seculo magnopere delectabatur, quâque callebat tum vocalem, tum eam, quæ editur instrumentis, non constat illum unquam ivisse, ad auscultandam musicam solennium Sacrorum, vel Vesperarum, à qua se absentabat, etiam dum fieret in nostris templis, ob quadraginta horarum preces. Ad odoratum quod attinet, nunquam non modò sanus, sed nè infirmus, passus est in cubiculo ullum florem recreationis gratiâ, neque est, qui sciat, quòd aliquem decerpserit, aut susceperit ab alio. Et quantum

tumvis laudaret alios, qui mus-
 eâ vel floribus se excitabant ad
 laudandum DEUM; ipse illum
 securiore hoc modo malebat
 laudare, abstinendo ab omni
 eo, quod vel minimam sensibus
 adferret oblectationem. In re-
 ficiendo corpore, singularem à
 DEO nactus erat prudentiam, nè
 transgrederetur limites temper-
 rantia, sub specie indigentia, &
 quàm rigidissimè omnem gustui
 negabat voluptatem. Com-
 memorabo hìc quædam lumi-
 na, ipsi à DEO communicata, in
 festo Purificationis Beatissimæ
 Virginis, ac instauratione voto-
 rum, de victu temperando. Ver-
 ba illius hæc sunt: *Iuxta Regu-
 lam, de cibis præscriptam, à san-
 cto Ignatio, statui eligere eos, qui*
 sunt

sunt v
 sapidi
 & ejus
 tes sen
 sitate
 sumer
 simula
 lis age
 dam o
 pocrit
 diabol
 lijs, u
 cias, q
 tas op
 stum
 magis
 scill. a
 versa
 na.
 tur si
 muta

sunt viliores, grossiores, & minus
sapidi, memor identidem Christi
& ejus Matris, utpote non fovē-
tes sensum adversus sanctam Ca-
stitem, & ex his ipsis non plus
sumere, quàm sit necesse. Nec te
simulatus tentet pretextus, ut ve-
lis agere, quod alij ad conservan-
dam charitatem, nè videaris hy-
pocrita. Hæc enim est deceptio
diaboli; quin imò exemplo es a-
lij, ut te imitentur, si sobriè fa-
cias, quod te decet. Animadver-
tas oportet, quòd bene esse affe-
ctum erga paupertatem, multo que
magis erga temperantiam, sit dif-
ficillimum & donum DEI, quod di-
versa alia adfert perfectissima do-
na. Alibi hæc scribit: Sic igitur
firmiter, & perenniter, ac im-
mutabiliter statuendum est: Ca-
pe

pe, quæ tibi proponuntur, & nihil unquam aliud pete; quòd si quis te interroget, num quidquam desideres, responde: Nihil. Cibus noster est Christus crucifixus; negligenda namque sunt nobis ista, quæ indigentie duntaxat sunt accommodanda, non verò gustui. Gustus enim eò plùs expetit, & affligit spiritum, quòd ei plùs conceditur. Hoc ergo adamantinum tibi sit decretum. Quæ juxta communem usum Societatis tibi dantur, comede, quantum sufficit, ut satisfacias corporis necessitati. Hæc omnia, quæ cœlesti lumine collustratus sensit, ac scripsit, diligenter executioni mandavit: siquidem nihil unquam speciale petijt, quantumvis exiguum & necessarium, ob suam

in-

invaletudinem, neque cibum ullum, non ordinario more paratum, quo indiguisset. Ex ferculis communibus sumebat partem deteriorem; quod gustum oblectare potuisset, nec delibabat. Si quando apponeretur quidpiam inconsuetum, id non attingebat; fructuum primitias omnes Deo offerebat. Sed quid mirum, non fuisse ab illo quaesita, edulia delicata ac sapida, qui nec sale, condimento communi & vulgari, utebatur, neque oleo vel aceto condiebat lactucas, sumendo herbas crudas ac insipidas; id quod non egit brevi tempore, sed coepit à sui tirocinij exordio, prosequutusque est semper. Rogatus, cur saltèm non affunderet

ret acetum ; respondebat, ita sibi herbas videri bonas. Quod si quis responderet, id ab illo fieri vexandi sui studio, dicebat subridendo : *Si ita se res haberet, quantum, amabo, pro DEO facimus, dum sumimus lactucam non perfusam aceto?* Usque ad edomuerat gustum, ut illum penitus perdidisse videretur, nec discerneret ab invicem ciborum, vel vinorum sapes. Comedens, non absque commiseratione spectabatur, quod cibum videretur fastidire, quasi diuturno morbo confectus: utebaturque tam modico, ut dici possit, quotidie jejunasse. Cum in refectione, absque umbra singularitatis, a communi Societatis more, non posset recedere,

dere,
illius
nis
pond
sesqu
pend
bat c
& cal
deba
ditas
penè
tum
tanti
quæ
sapor
men
lomi
absti
med
ista,
semp

dere, studebat singularis esse in illius parsimonia, ac modo. Panis dimensum, ut non nemo ponderum gnarus observavit, sesqui alteram circiter unciam pendebat, paulò minùs sumebat carnis, minimùm pulmenti, & casei. Vesperi pauculas mandebat herbas crudas, non conditas, modicissimum quid, ac penè nihil carnis & casei. Potum ità attemperabat, ut vix tantillum vini inspergeret aquæ, & quod sufficeret ad aquæ saporem tollendum, quin tamen vinum perciperetur. Nihilominus, ut suam occultaret abstinentiam, inter ultimos comedendi finem faciebat. Lex ista, quam sibi tulit, quia ab ipso semper exactissimè servata, æsti-
ma-

matione est digna & laude,
Hanc nunquam violavit, quam-
vis diversi ei cibi proponeren-
tur; existimabat enim non esse
signum veræ virtutis, per inter-
perantiam vel unius diei, com-
pensare multorum dierum abs-
tinentiam, sed oportere semper
sibi esse similem in sola naturæ
spectanda indigentia. Non exi-
guam illi afferebat molestiam,
corporis conformatio ac animi,
in capiendo necessario nutri-
mento: insidebat extremitati
scamni, nunquam ulli fulcro in-
nitens, aut sese acclinans, ocu-
lis demissis, totoque corpore
composito. ut aliquid patere-
tur, suspendebat unum bra-
chium mensam inter & scam-
num, dum ejus usu opus non ha-
beret
inten-
tus
abfor-
clini-
ciatu-
quàm
suffe-
di ra-
& ter-
hora-
que
unqu-
dam
pora-
scho-
res,
quæ
rent.
cept-
post
be-

beret; non aliter lectioni erat intentus, quàm soleat, qui penitus profundâ speculatione est absorptus; videbaturque in triclinio potius sibi adsciscere cruciatum, & accelerare mortem, quàm se refocillare, vel vitam sustentare. Hanc sese reficiendi rationem tenuit quovis loco & tempore. Extra refectio- nis horam, licet invitatus, multisque precibus sollicitatus, nihil unquam sumpsit. Dum quibusdam diebus, Superiores, extemporaneum aliquid præberent scholasticis, ad reparandas vires, studiorum labore attritas, quæ deinde alacriùs resumerent, nè videretur singularis, acceptabat illud & ipse, sed clam postea seponebat, vel ad cellæ

L pena-

penariæ curatorem deferebat: si enim id absque Superioris facultate dedisset alteri, credebatur se unam è legibus nostris violaturum, petendo verò facultatem, manifestavisset suam abstinentiam. Ità sitim tolerabat, ut nullatenus videretur obnoxius esse calori vel æstui, aut lassari itinere, laboréve ullo, quantumlibet gravi, exhaustum. Nunquam visus est potum sumere, vel aquâ sibi os eluere, extra solitæ refectiois tempus, eundemque rigorem servavit in vilis feriatis diebus, quæ meritum Magistris, tum Discipulis, ad remittendam aliquantum continuam studiorum contentionem, eandemque postliminiò, majori conatu ac fructu

repe-

repetendam conceduntur. Si pro suo arbitrio egisset, nunquam è domo fuisset egressus, quod mihi ipsemer asseveravit, ad ullum recreationis locum: sed nè singularitatis notam incurreret, utque obsequeretur Superioribus, accommodabat se alijs. Eo autem pacto se gerebat in villa, tum feriâ quartâ, tum alijs diebus vacationum, ut potioem temporis partem attribueret solitudini ac orationi, quàm recreationi corporis. Horis matutinis plerumque morabatur in Sacello, ubi pluribus, sacra facientibus, vel minister, vel auditor saltèm aderat, orabat, & suo tempore, quamvis, de more, non obligaretur, discutiebat conscientiam. A prandio,

dio, nè invitantes spernere exi-
 stimaretur, cantu, vel aliâ ejus-
 modi religiosâ remissione, ani-
 mum relaxabat, quàm mode-
 stissimè colloquens, atque cum
 utrumlibet optimè perageret,
 non gaudebat sibi idcirco ap-
 plaudi, nec erat, qui non intel-
 ligeret, id ab eo fieri ad exhila-
 randos potiùs alios, quàm se-
 metipsum. Amabat conveni-
 re, quocum de rebus sacris disse-
 reret. Elapsis duabus circiter
 post prandinm horis, brevi in
 Sacello peractâ oratione, sece-
 debat sub quasdam arbores, i-
 bique aliquot horas dabat le-
 ctioni, vel contemplationi. De-
 inde precatoriam revolvebat
 coronam, dum tempus esset coe-
 næ, vel abitûs. Hic erat mos
 illi-

illi
 obe
 non
 mul
 tion
 dica
 dum
 dum
 sus e
 verb
 pro
 por
 tud
 exci
 dan
 ma
 ac c
 ciar
 res f
 gere
 Vix

illius, & DEUS, qui ipsum ductu obedientiæ invitabat in villam, non omittebat animam sui famuli, cœlestibus solari illustrationibus ac affectibus, quod indicabant lacrymæ, quas interdum ab eo vidimus inter orandum profundi. Nunquam visus est in risum dissolvi, nec in verba jocosa, neque ulla signa prodere levitatis. Verbô, camporum virore, florum pulchritudine, fructuum diversitate excitabatur ad eorundem laudandum authorem, & inflammabatur ad contemplationem, ac desiderium cœlestium deliciarum. Quod verò attinet ad res sacras & spirituales, in ijs se gerebat quàm religiosissimè. Vix unquam, seu concionem,

seu lectionem in templo, seu exhortationem domesticam audiebat sedens, aut ulli lateri innixus; ad extremam usque agritudinem Vesperis, quæ cani diebus Dominicis ac festis, in nostris Professorum domibus consueverunt, plerumque stans intererat. Dum quocumque loco, sive privato, sive publico consideret, nulli unquam fulcramento incumbebat, atque diu usus est sellâ absque reclinatorio: quâ sui vexatione, etiam se afflictabat noster P. Balthasar Alvarez, Confessarius S. Teresiae à Jesu, qui vixit & obiit, relicto post se fragrantissimo sanctitatis odore. Neque minore industriâ sectabatur incommoditatem dormiendi. Testatur

non

non nemo Patrum juratò, quòd per semestre, quo illi commune cum Francisco fuit cubiculum, nunquam illum in lecto decumbentem notaverit, neque, etsi singulari studio id observaret, visus unquam à se fuerit sternens aut componens lectum. Vespertino conscientiae examine peracto, videbat, quòd telis quibusdam rudibus se cooperiret, lumine extincto audiebat modicum strepitum, quasi culcitram extenderet: dein verò manè, quamprimùm lumen inferebatur, jam lectum spectabat compositum, & Franciscum ingenua provolutum: unde conjicit, quòd somnum capere consueverit vestitus. Affirmabat alius, qui ipsi unius anni spatio

convixit, manè adveniente excitatore, reperiri solitum genibus flexis. Non accedebat focum, nè quidem dum acerrimis frigoribus sæviret hyems; cum tamen esset complexionis delicatæ & morbidæ, atque caloris indigæ: unde in hieme illi erant manus congelatæ & nigrae, ac facies livida; etsi ardore interno pervinceret frigus externum. Adeò ipsi intumescabant manus, ut creparent ad sanguinis profusionem; admonitus autem propterea, ut aliquo uteretur medicamento; vel saltè manus lavaret aqua calidâ; subridendo placere sibi charitatem monentis ostendebat, neque tamen intermittebat suum rigorem, sed nihilominus se lavabat
fri-

frigidâ, & ab omni medicamen-
to abstinebat, non in hac tan-
tùm, verùm etiam alijs majoris
momenti ægritudinibus, quæ
non erant febriles, cujusmodi
fuit continuus capitis dolor,
imitatus sanctissimam Virginem
& invictissimam Martyrem A-
gatham, quæ medicinam carna-
lem, virgineo suo corpori, quan-
tumvis infirmo, nunquam exhi-
buit. Nasus illi, eandem ob
causam, nigrescebat, adeò, ut
persona quædam, attollens vo-
cem in publica via, dixerit: Fili,
quomodo potes vivere? quod
argutum dictum ipse sprexit.
Nullam habebat sui corporis
curam, cujus externum cultum
non nihil negligebat, ità, ut ta-
men alij ipsum ideo non abhor-

rerent, sed ejus aspectu incita-
rentur ad virtutem. Hoc vin-
cendi, ac divexandi sui ipsius
studium, tantò est admirabilius
in Francisco, quantò fuit diu-
turnius & constantius; nec e-
nim duravit paucis mensibus
vel annis, neque fuit interrup-
tum contrarijs actibus laxita-
tis, quod à religiosæ vitæ princi-
pio, seu potiùs, ex quo se toto
corde convertit ad DEUM in se-
culo, cœpit mirabili fervore,
& crevit ad ultimum usque
diem, quo beata illius anima,
victrix carnis, cœlum petijt, ad
capiendam coronam, occulti &
mirabilis martyrij incruenti,
minùsque asperi, sed longioris
ac molestioris, ut dicebat san-
ctus Bernardus, quia præterea

alijs

alijs solidis virtutibus innitebatur, præsertim obedientiæ ac demissioni animi: Siquidem non peragebat ullam vel exiguam mortificationem, sinè scitu & facultate Superiorum, aut Patrum Spiritualium; qui si ardorem illius non fuissent moderati, ipse reliquisset posteris admiranda mortificationis exempla, injecerunt verò ei frenum propter morbos, quibus semper fuit obnoxius. Nihilominus, quòd frequentes Spiritus sancti sentiret stimulos, novis illos postulatis urgere non omittebat, nè suo officio deesset, nève Spiritum DEI suffocaret, atque ut, cum non posset DEO offerre meritum mortificationis, illi immolaret sacrificium obedientiæ.

tiæ. Nescio, majore sit virtus, corpus rigidis afflictationibus exercere, ac deinde laxato eo rigore, aliquamdiu illi quietem concedere; an verò semper, retento perpetuo sui ipsius odio, idem castigare modicis, sed continuis vexationibus, negato ei vel minimo oblectamento & solatio, exemplo sanctæ Sponsæ, cujus manus ac digiti erant pleni myrrhâ probatissimâ. Hoc posterius, Magistris rerum pertinentium ad spiritum, videtur perfectius, atque tantò durior esse cruciatus, quantò est prolixior, non indulgens corpori ullam quietem: est pariter tutius, eò quòd non sit deceptionibus subjectum, & inani gloriæ; magis quoque

COR.

consentaneum profitentibus vitam mixtam, qui ut obeant alia exercitia, spectantia majus DEI obsequium & animarum auxilium, indigent viribus corporis, quæ immodicis austeritatibus facilè tum imminuuntur, tum deperduntur. Verùm utriusque generis asperitatum, exempla exhibet vita Francisci. Siquidem rigidas illas, sui ipsius divexationes multas, usurpavit in seculo, ac majores assumpturus fuisset in Religione, in qua sublimiore edoctus lumine, cognovit, quantis eluenda sint supplicij peccata, & ardentiori ferebatur amore ad DEO placendum, odio semet habendo, & acerbis poenis mulctando. Sed cum id ipsi vetitum esset à
Mo-

Moderatoribus, adjecit animum, necessitate compulsus, ad istas mitiores, docuitque, quod volenti de se referre victoriam, nunquam occasiones desint sui vincendi & excrucianti, quae non diminuunt vires, neque subsunt vanitati, utpote occultiores, & hoc indefesso studio possit facile obtineri perfectio. Quamquam Francisco, quae multorum fuit opinio, hoc minutarum afflictationum, adeo exquisitum & perpetuum exercitium, non minus abbreviaverit vitam, quam fecissent asperiores, & graviores corporis castigationes, quodque aestimabilius est, etsi insigni, omnibus, exemplo mortificationis praeluceret, sibi tamen videbatur, se idcirco
apud

apud alios quoque accusare solitus, veluti nimium amans priorum commodorum, nimiumque indulgens suis cupiditatibus; ita, ut non protulerit unquam verbum, quod à nonnullis Sanctis factum esse legimus, quo significaret se, ob inconsultos corporis cruciatus, aliquam vitæ diminutionem, passum fuisse, uti revera evenit, siquidem illam sibi irremisso illorigore, in optimo ætatis flore abruptit. Audivit aliquando legi, quod scribit P. Franciscus Arias, in tractatu de mortificatione, neminem teneri ad inquirenda omnia licita, vel meliora media, conservandæ valetudinis & vitæ, ejusve, quoad fieri potest, prorogandæ, sed sufficere

re uti medijs communibus: & quamvis nemo se possit excruciare cum notabili sanitatis detrimento, posse nihilominus eas usurpare mortificationes, quas noverit exiguum aliquod incommodum allaturas valetudini, ut propter illas non sit tam diu victurus, quàm sinè illis viveret. Quod fusiùs, peritus iste vitæ spiritualis Magister, eo loco declarat. Auditâ hac doctrinâ, Franciscus ostendit, sibi illam vehementer placere, seque ex ea capere solatium quali perfunderetur, qui censuram passus, ob doctrinam dubiam, reperiret sibi faventes solidas rationes, confirmatas à probatis Doctoribus, subjunxitque: Itâ ego quoque existimo; ac petijt sibi

sibi
nam
ctis
parv
dicta
tract
omn
direc
rioru
exen
XAV
Chri
nuæ
quar
vere
ne e
spiri
rùm
tra

sibi à lectore eandem doctrinam relegendam, sic innuendo, se factis ab illa minimè ablutisse, parvique pendere aliorum de se dicta, vel iudicia, ob tam severè tractatum corpus, eò, quòd in omnibus suis afflictationibus, directionem esset suorum Superiorum sequutus: existimans exemplo nostri S. FRANCISCI XAVERII, longè suaviùs esse, Christi amore, in cruce continuæ mortificationis emori, quàm sinè illa utcunque diu vivere. Hac assiduâ sui vexatione est assequutus libertatem spiritûs, dominium sui, suorumque affectuum, nec non tranquillitatem & jucunditatem animi.

CA-

CAPUT XVII.

De Obedientia, & Regularum suæ Religionis observatione.

EX sui victoria oritur studium obediendi, quod perfectum esse nequit, nisi conjunctam habeat abnegationem voluntatis judicii que proprii, ut probetur tanquam melius, quidquid à Superiore præcipitur, dum non apparet manifestum peccatum. Cùm Franciscus excelluerit in uno, sequitur illum eminuisse & in altero. In primis Deo se exhibuit obsequentem, mandando executioni sanctæ ipsius consilia, ac internas inspirationes, quibus incitabatur

ad

I. ad majorem perfectionem: de-
inde suis Superioribus, quos
Re- DEI loco habebat & revereba-
tur, exspolians se propria liber-
tate, sui que ipsius dominio. Ni-
hil de se statuebat, nec ullam
præsetulit, in quidquam pro-
pensionem, offerens se inter o-
randum, imitando Apostolum,
Deo promptum holocaustum.
Neque patiebatur alios agere
cum Superioribus, ut ij aliquid
de ipso decernerent: sinebat se
ab illis regi, quasi, instar statuæ,
sensu esset destitutus. Suscipie-
bat libenter, atque admodum
hilariter statuta Præsidum, etsi
adversarentur æstimationi &
proprio commodo. Non ex-
pectabat expressa mandata, cui
inspi- sufficebat minimus nutus. A-
atur. li-
ad

liquando, dum à prandio cum alijs Socijs animum relaxaret, accivit quosdam ex ijs P. Minister ad Concionatoriam Cathedralam in templo transferendam; Franciscus licèt valetudinarius, nec nominatus, accurrit tanto fervore, ut ità ipsi supposuerit humeros, ac si illi soli ejus translatio incumberet, adeoque se replevit pulvere, ac infecit telis aranearum, ut risum cæteris moveret, occasionemque præberet sui amicè perstringendi, quibus ipse vicissim subridendo respondit, nullo verbo dicto, sic labori, ex obedientia suscepto, adijciens ornamentum patientiæ. Alienus erat à vitio, cujus nos hæredes reliquerunt primi parentes, à sui, inquam, excusa-

tionem,
parent
imper
nori a
quod c
teगतु
nis & g
tiones
ampli
gloria
rentur
co qu
manda
que ip
misa
dantis
ne, sta
stum,
nobis
vit, no
ALE ac
tio

ione, prætextu falsarum, vel apparentium rationum, si quid imperetur proprio geniô, & honori adversum, ut interdum, quod dictat amor proprius, obtegatur velamine boni communis & gloriæ DEI: quæ illi rationes erant suspectæ, tantòque amplius repugnantes divinæ gloriæ, quantò magis cooperirentur pallio hypocrisis. Cæco quodam ruebat impetu ad mandanda executioni, quæcunque ipsi injungerentur, prætermisâ circumstantiarum mandantis aut mandati disquisitione, statuens sibi ob oculos Christum, qui propter nos, utque nobis præiret exemplo, obediuit, non solum sanctissimis MARIE ac JOSEPHO, sed etiam iniquis-

quissimis satellitibus, summo
 cum dolore ac ignominia ad
 mortem usque crucis. Et verò
 habuisset sæpe Franciscus per-
 spicuas rationes, quas oppone-
 ret, silebat tamen, permittens
 se providentiæ DEI, qui, ut vo-
 tis responderet, sui servi optan-
 tis amore ipsius pati, præbebat
 illi frequentes occasiones exer-
 cendæ tolerantia, quas, nullo
 unquam edito, seu verbis, seu
 gestibus indicio impatientis a-
 nimi, suscipiebat. Reluctaba-
 tur porrò offerentibus, quæ at-
 ridebant genio, & aptæ erant ad
 conciliandam existimationem,
 accumulatis rationibus, ne
 quidquam sibi grati facerent,
 quibus convicti, connivebant
 ejus desiderio, quo sui infes-
 ctar

ammo
ia ad
t verò
s per
pone
mittens
ut vo
optan
ebat
s exer
nullo
is, seu
ntis a
ctaba
quæ ar
ant ad
onem
, ne
erent
vebant
i infe
ctan

ctandi tenebatur, & quandoque
imperio erat adigendus, ut se
vinceret in eo acceptando, quod
illi videbatur solatium adferre,
vel honorem. Prosequebatur
amore ac reverentiâ singulari
Superiores; non tamen quòd
ab ijs benignè habitus, vel ho-
noribus affectus esset, aut ob a-
lias rationes humanas, nec ver-
nullo duntaxat, vel fucatè, sed ex
animo, ac sinè discrimine, sci-
ens ab omnibus geri personam
Christi; amabátque suam illis
pandere conscientiam, petere
eorum consilium & consensum
in rebus omnibus, quantum li-
bet levibus, quas facere, vel o-
mittere volebat, pro sua devo-
tione, sui que afflicti amorè.
Singulari quoque affectu fere-
ba-

batur erga suæ conscientia ar-
bitros & Patres Spirituales, ob
incumbens illis animæ ipsius cu-
randæ onus, & incrementum
gratiæ, quam ei continuè im-
pertiebantur in Sacramento Pœ-
nitentiæ, nec non auxilium &
lumen, quod illi præstabant in
caliginoso ac difficili, religiosa
perfectionis cursu: & quan-
tumvis instructus esset à sancto
Spiritu admirandis luminibus
cœlestibus, optimèque calleret
res spirituales, sui tamen animi
sensa cum illis frequenter con-
ferebat, intelligens id Deo ac-
cidere longè gratissimum, sibi
que esse solatio, & conducere
ad progressum spiritûs. Nec
his tantùm sed & Magistris suis,
atque substitutis officialibus do-
mûs,

mûs, c
polleb
peran
dient
non ta
voci
terea
quod
tutis
lebat
ctitate
opus e
cta ac
spiritu
neque
dinem
occup
nes, c
ut no
prop
mus

mūs, qui acceptā à Superioribus pollebant authoritate, obtemperantem se exhibebat. Ad obedientiæ perfectionem pertinet, non tantum promptè obedire voci vivæ, sed observare præterea, quàm diligentissimè; quod præcipitur legibus, & statutis propriæ Religionis. Solebat ille dicere, habere nos sanctitatem intrà nos ipsos, neque opus esse, ut quæramus loca sancta ac solitaria, aut Superiores spirituales, prudentes, suaves; neque obtendendam invaletudinem corporis, vel externas occupationes, aut alias rationes, quas subtiliter adinvenit, ut nos ad se pertrahat, amor proprius, si nos integrè velimus dare DEO; facile as-

M se-

sequuturum quemlibet magnam sanctitatem, qui providè statuit, se totum semetipso spoliare, seque omnimodè permittit regi à DEO, & à Ministris Divinæ ipsius Majestatis, nec sui majorem curam gerit, quàm hominis mortui, conaturque insuper perfectè observare Religionis statuta, & eorum perfectione metiri omnes suas actiones. Ut hoc studium esset constantius, magisque proficuum, requirebat frequens examen, quò perfectiùs sui cupidus dispiceret, qualiter se gesserit in dirigendis quotidianis suis operibus, ad suum finem, juxta Regulas; ac deprehenso defectu de eo doleret, causam illius adnotaret ad emendationem, culpam pri-

privatâ vel publicâ expiaret
pœnâ. Id opere magis doce-
bat, quàm verbis; diligenter
exequens, quod nostræ svadent
leges, quas æqualiter æstimabat,
nec ullam parvi faciebat ut le-
vem, quia omnes venerabatur,
tanquam monumenta sanctæ
mentis Nostri S. P. IGNATHI, cui,
quod novimus, ab ipsomet DEO
sunt inspiratæ. Non utebatur
epikiâ, seu interpretatione ul-
lâ, multis subjectâ deceptioni-
bus ac erroribus; verùm, instar
simplicis pueruli, universa ad-
implebat, nullo alio incitamen-
to, quàm DEO placendi atque
obediendi studio, sùsq; déq; ha-
bens, quidquid quisquam à se
desideraret, ac de se diceret.
Quod attinet ad regulas con-

cernentes hominem interio-
rem; earum iudex fuit Spiritus
D E I, qui ipsum inhabitabat,
cuique omnes illius exteriores
actiones placebant. Et nos ex
harum splendore aliquid colle-
gimus de eius virtute. Ad pri-
mum campanæ ictum dimitte-
bat quidlibet, quod habebat
præ manibus, vel cœptam lite-
ram, eò se celeriter proripiens,
quò vocabatur, præcipuè ad o-
rationem & conscientiz exa-
men. Quandoque ipsius So-
cij, non percepto sono campa-
næ, ex illius motu cognosce-
bant, datum fuisse signum, se ad
quodpiam exercitium confe-
rendi. Neque ab hac observan-
tia ipsum ullus, cujuscunque
foret authoritatis, seu secularis

ris, se
dimo
tuen
homi
putat
nem
talib
ordin
bum
adeo
dato
subit
rupt
Obv
stoli
præ
disce
jecto
qui
vit, c
nam

ris

erio-
ritus
abat,
iores
os ex
colle-
d pri-
mitte-
ebat.
n lite-
piens,
e ad o-
z exa-
us So-
ampa-
gnosce-
n, se ad
confe-
servan-
unque-
secula-
ris)

ris, seu religiosus, .vel tantillūm
dimovere poterat, magis me-
tuentem Deo displicere, quā
hominibus. Extra tempora de-
putata colloquio, ad remissio-
nem animi fessi exercitijs men-
talibus, atq; ad conservationem
ordinatæ charitatis, nullum ver-
bum absque facultate protulit,
adeoque erat silentij amans, ut
dato signo finitæ reercationis,
subitò linguam cohiberet, ab-
rupto etiam verbo inchoato.
Obvius alijs, ex consilio Apo-
stoli, vel ingressus cubiculum,
præveniebat omnes religiosè in-
discooperindo capite, nullo ad-
jecto verbo, ità ut nonnemo,
qui per semestre illi cohabita-
vit, dixerit, se ignorare, qualis-
nam esset vox Francisci, eò, quòd
M 3 ipsum

ipsum nunquam audivisset in cubiculo loquentem. Id ipsum observabat ubilibet, & semper, præsertim in templo, schola, triclinio, & per Urbis compita, in quibus, ut primùm domo est egressus, nihil loquebatur, neque dum exhibat exercitij, vel recreationis causâ. Non commemo alia pertinentia ad religiosam observantiam; siquidem ex diligentia exquisita, quâ silentij legem servavit, intelligi potest, quàm diligenter impleverit alias, quàmque in omnibus fuerit exactus, dicente Apostolo S. Jacobo; perfectum esse, qui in verbo non offendit. Quod à me dictum est, suo comprobant testimonio, qui ipsum noverunt, ac asserunt, nunquam

se ani
ipso u
nostra
statu
Super
nostra
tia, u
possit
confu
eorum
perag
comp
ri pos
tur Su
porib
curan
ctum
adver
Et ve
gnum
ignor
se

se animadvertisse, violatam ab ipso ullam, vel minutissimam, nostræ Religionis legem aut statutum, seu etiam peculiare, Superiorum placitum, quibus nostra Societas, quæ DEI est gratia, usque adeò abundat, ut non possit culpam etiam minimam, consultò committere, qui ad eorum præscriptum sua omnia, peragit, cum levissima quæque, complectantur, quæ à nobis fieri possunt. Ipsi insuper testantur Superiores, qui diversis temporibus ac locis illius habuêre curam, se in eo non reperisse factum dictumve, dignum animadversione, aut reprehensione. Et verò, nemo non censebit dignum consideratione, qui non ignorat suavem disciplinæ no-

stræ rigorem, ac studium, quo nostri Superiores invigilant actionibus Tironum & Scholasticorum, ut eos religiosè educerent; non fuisse ab illis, ullam in eo notatam vel levem culpam pœnâ dignam, egisseque ipsum multis annis vitam communem irreprehensibilem. Atque licèt ab omnibus tantopere suspiceretur, ipse nihilominus se arbitrabatur esse imperfectum, & sæpe se arguebat publicè in triclinio, de erroribus commissis in Regularum observatione, pro iisque pœnam aliquam subibat, idque non ex consuetudine, sed singulari sensu: si quando inter exercitationes manuales, inadvertenter fortè, effundebat modicum o-

lei, ve
eo se
illis c
miler
bat.
comm
per ab
que S
obser

C

De

Sor
tis
tas;
vocat
magn
ditis
ster d
lei,

lei, vel aliquid confringebat, de
eo se accusabat, & fragmentis
illis collo alligatis, cibum ad hu-
mitem mensam, vel humi capie-
bat. Et, ut semel dicam omnia,
communis est fama, exactè sem-
per ab eo Regulas & statuta, at-
que Superiorum nutus fuisse
observatos.

CAPUT XVIII.

*De ipsius Paupertate
& Castitate.*

Soror Obedientiæ, & Castita-
tis Mater, est Divina Pauper-
tas; cujus illi DEUS, cum ipsa
vocatione, ad vitam religiosam
magnum indidit amorem. Au-
ditis verbis, quæ Servator no-
ster dixit simili sibi Juveni: *Si*

M 5 *vis*

vis perfectus esse, vade, & vende omnia, que habes. & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo, & veni sequere me; existimans illa sibi dicta, lætus promptâ voluntate, ac sollicitus, repositus in manibus pauperum, addixitque pijs operibus, quidquid possederat, & secutus est Christum. In religione nec petijt, neque acceptavit ullam eleemosynam, sibi oblatam a sanguine junctis, ut annuentibus Superioribus quidquam eorum emeret, quæ pietatis esse solent incitamenta, seu usui proprio ferviturum, seu elargiendum discipulis in schola, vel templo ijs, qui præ cæteris doctrinam Christianam callerent, ut fieri consuevit: imò nè qui-

dem
nem
Id ex
man
roga
tior
alias
min
tis co
trem
dixi
num
gare
subi
rum
fue
pert
verb
stau
puri
dare
dem

dem ab illis reculas ad devotio-
nem comparatas suscipiebat.
Id expertus est unus ex eius Ger-
manis, qui redux Româ, ipsum
rogaverat, ut susciperet elegan-
tiores quasdam icones, atque
alias parvas, pictas in æreis la-
minis; sed frustra. Perægre mul-
tis compulsus precibus, nè Fra-
trem contristaret, animum in-
duxit, ad acceptanda paucula
numismata benedicta, & vul-
gares imagines è charta, quas
subitò, cum licentia Superio-
rum, dono dedit. Quo affectu
fuerit prosecutus sanctam Pau-
pertatem, ex sequentibus ipsius
verbis conijcere licet. *Post in-
staurata Vota, die Purificationis
purissimæ Virginis, statui operam
dare, fovendo affectui, erga tris*

M. 6 be-

*benedicta Vota, opitulante Domi-
no, ac ejus sancta Matre, & me-
mor eorum Paupertatis, eligere
filiali affectu omnia paupertina,
fugiendo commoditatem in vesti-
tu, in lecto, in cibus, & hujusmodi
rebus. Quod exactè servavit,
desiderando, & quærendo sem-
per res deteriores, & obsoletio-
res, quæ domi reperirentur, a-
deoque abhorrebat à novis ve-
stibus; ut expresso mandato Su-
periorum, necessitati ac invale-
tudini ejus providentium, com-
pellendus fuerit ad illarum u-
sum. Non procurabat, nec ad-
mittebat quidquam curiosum,
vel pretiosum, ut sunt sacrarum
reliquiarum thecæ, artificiosæ
imagines, ornati libelli preca-
torij, & his similia, spoliavitque*

se O
Virg
quò
sent
vidit
ptav
qual
dari
scrip
culis
steba
so lig
ci ic
qua
belle
ptis
Qua
liud
lent
taru
ma i
se

se Officio, ut illud vocamus, B. Virginis, ea solùm de causa, quòd in ejus involucro binæ essent lineæ aureæ. Non sibi providit de oratorio, neque accepit vel exiguam arculam, qualis absque clavi scholasticis dari solet, pro conservandis scriptis, aliisque ejus generis re- culis. Thesaurus ipsius consistebat in crucula, ex rudi & crasso ligno confecta, atque simplici icuncula ex charta, coram qua orabat, uno alteròve pio libello, & studiorum causâ scriptis cum textu Aristotelis. Quando ex uno cubiculo ad aliud migrabat, ut frequenter solent nostri scholastici, ob multarum virtutum exercitium, prima illi erat cura, ut circumspi-

ce-

ceret, quis locus foret incommodior, ubi mensa, sedes, lucerna, lectus vilior & incommodior, eo studio ac dexteritate, quâ priorum commodorum amans, res sibi procurare posset meliores. Non accepit, neque dedit quidquam, licet exigui esset valoris, absque facultate, quam pro omni vel modica re petebat. Ad eam usque intimi affectûs, quo prosequeretur Paupertatem, progressus est teneritudinem, ut rogatus à cubiculi socio, quò chartæ folium sibi commodaret, nec illud ipsi dederit, neque negaverit, sed acceptâ occasione exeundi cubiculo, ierit petitum facultatem à P Ministro, à quo reverfus, nullo dicto verbo, petita

illi
Franc
ac de
oque
ceper
suspe
ctitate
vit.
tatis,
rissim
culo
ra cur
tisque
corpo
vertit
Dei g
erga C
ptatâ
ejusde
ritu,
tionu

illi

illi chartam præbuit. Hic pium
Francisci dolum subodoratus,
ac de illo certior redditus, ide-
oque affecutus, quod præcon-
ceperat, vehementer factum
suscepit, multoque amplius san-
ctitatem illius deinceps æstima-
vit. Paupertas nutrix est Casti-
tatis, quæ in Francisco fuit pu-
rissima. Ex quo primùm in se-
culo sese penitus ad DEUM, mi-
ra cum animi pœnitudine, mul-
tisque lacrymis, & asperrimis
corporis afflictationibus con-
vertit, magno se, ex peculiari
DEI gratia, ferri sensit amore
erga Castitatem, & cœpit ex-
pratâ carnis frui subjectione,
ejusdemque consensu cum spi-
ritu, absque fœdarum cogita-
tionum molestia, qui longè erat
ma-

major in religione, quòd eose
magis indigere intelligeret, ut
familiariter versaretur cum
DEO, ac utiliter ageret cum ho-
minibus, petiitque à Divina Ma-
jestate, per Virginum Reginam
MARIAM semper Virginem, pu-
ritatis gradum convenientem
sublimitati suæ vocationis: &
continuis ac ardentibus preci-
bus, adjunxit omnia media ne-
cessaria ad talem gratiam impe-
trandam. Inprimis noluit age-
re cum foeminis, unâ exceptâ
sorore & amitâ, idque rarò, ac
de rebus necessarijs, vel con-
cernentibus spiritum, & mode-
stè ac breviter. Diligentissimus
fuit in custodia sensuum, nun-
quam obtutum defixit in faciem
cujusquam foeminæ, vel adole-
scen-

scentis
vel mi
bram
quia en
& mag
ejusmo
textu
styli pe
mæ pu
pori su
tam fr
cibi ac
plus v
jejuniu
suam p
vexati
videre
autem
eduljjs
piuntu
condit

scientis; non legit librum, qui
vel minimam contineret um-
bram vanitatis & impuritatis,
quia errorem existimabat esse,
& magnam insipientiam, libros
ejusmodi volvere, atque præ-
textu comparandi politioris
styli perdere, vel inquinare ani-
mæ puritatem. Negavit cor-
pori superflua, & ex necessarijs,
tam frugalem illi concedebat
cibi ac potûs mensuram, ut i-
pſius vita possit vocari arctum
jejunium. Maceravit carnem
suam perpetuis austeritatibus &
vexationibus adeò, ut vivum
videretur cadaver. Animam
autem opiparè semper cibabat
edulijs cœlestibus, quæ perci-
piuntur in fervida oratione,
condita lacrymis, & frequenti
ac

ac devotâ Evcharistici epuli
sumptione, ut itâ harum dunta-
xat escarum avida, non adha-
resceret terrenis ac fordidis de-
licijs. Dedicavit templum sui
cordis JESU & MARIE, modò se
pascens sacratissimorum Filij
vulnerum sanguine, modò Vir-
gineorum Matris uberum lacte.
His adeò eximijs usus & effica-
cibus industrijs, cooperando
Divinæ gratiæ, tam sublimem
Castitatis consequi gradum me-
ruit, quantus in vita præsentî
potest ex sententia S. Joannis
Climaci, concedi magnis DEI
servis, ut videlicet nec interdium,
neque noctu, turpium cogita-
tionum sentiret molestias in a-
nimo, nec impuros pateretur
motus in corpore. Talia Di-

vi-

vinia Bo
gione p
tes in f
næ, co
dos in l
næ grat
vati fue
nè suâ c
in Para
pungen
rantes p
molesti
tem ma
C.
D.
PER ex
apti
miliarie
in orati

vinia Bonitas operatur in Reli-
gione prodigia, ut qui degen-
tes in seculo fuerunt veluti spi-
næ, confidant se transforman-
dos in lilia, si non desint Divi-
næ gratiæ. Qui verò à DEO ser-
vati fuerunt ut lilia, metuant,
nè suâ culpâ, & artibus Diaboli,
in Paradiso DEI degenerent in
pungentissimas spinas, dilace-
rantes propriam conscientiam
molestis remorsibus, alios au-
tem malis exemplis.

CAPUT XIX.

De ejus oratione.

PER exercitia harum virtutum
aptissimum se reddidit ad fa-
miliariter versandum cum DEO
in oratione, cui ultra horas de-
sti-

stinatas à Religione, impende-
bat tempus, quod illi reliquum
erat ab alijs exercitijs, solebat
que dicere, neminem, qui ali-
quando seriò Deum degustave-
rit, posse aliter temporis reli-
quias consumere, quàm loquen-
do cum Deo, vel de Deo. Pos-
tissimam diligentiam adhibe-
bat peragendæ bene orationis
discussioni conscientiæ, & alijs
spiritualibus exercitijs, ad quæ
legibus adstringebatur, nec un-
quam illi præterijt dies, quo in-
termisisset vel minimam oratio-
nis aut consueti examinis par-
tem, quantumvis distineretur
occupationibus, quibus posset
ab illis avocari. Orabat flexis
genibus, ut non nisi ob admo-
dum gravem virium imbecilli-
tatem, quod præterita
tatem, quod præ-
taram
attribu-
sua ter-
totius
cor ad
extrao-
mum a
nam c
ta illi s
argum
fuerit c
tamen
paratio
prævic
dicaret
indorn
pomp
gendu
tur eni
ca.

tatem, ab hoc situ abstineret,
quod perrarò eveniebat. Ut usi-
tatam horam probè transigeret;
attribuebat alia quoque subce-
siva tempora orationi, & per-
totius decursum diei, attollebat
cor ad DEUM, dicens, privatâ &
extraordinariâ oratione, ani-
mum ad communem & ordina-
riam comparari: quamvis mul-
& alij ta illi suppeterent meditationis
argumenta, quòd continuè DEO
fuerit conjunctus, non adibat
tamen illam absque prævia præ-
paratione. Vesperis studiosè
prævidebat, quæ postridie me-
ditaretur, atque isti cogitationi
indormiebat, ut expergefactus,
promptus esset ac alacer ad a-
gendum cum DEO; arbitraba-
tur enim, quòd, si orationi se-
de-

dederet imparatus, Divinae ad-
 versum se Majestatis indigna-
 tionem provocaret, seque indi-
 gnum redderet divino lumine,
 ac favore, quo, si quis destitua-
 tur, deserit mente aridâ oratio-
 nem, matrem virtutum ac stabi-
 limen vocationis religiosæ.
 Modus, quem in oratione ser-
 vabat, ut notârunt illi, quos ha-
 buit contubernales, erat hic or-
 dinarius & constans. Manè, vel
 rigidissimâ hieme, præveniebat
 surgendi signum, semperque in-
 veniebat ab Excitatore in ge-
 nua prostratus, deinde se eri-
 gens, modicissimo tempore,
 paulò ante signum inchoandæ
 orationis, aliquantum confi-
 stens, expendebat suam vilita-
 tem, & Divinae Majestatis excel-
 len-

len-

ad-
igna-
indi-
nine,
titua-
ratio-
stabi-
giosæ.
e ser-
os ha-
ic or-
nè, vel
niebat
ue in-
in ge-
e eri-
re,
anda
confi-
vilita-
excel-
len-

lentiam; instar reverentis Au-
lici, submissè Regem suum ve-
nerabatur, ac tum procumbens
in genua, manibus ante pectus
adductis, discooperto capite,
etsi frigus hibernum sæviret, ac
ipse obnoxius esset catarrhis,
& valetudinarius, immotus, ve-
lut statua, absque ulla corporis
acclinatione, vel minima intor-
sione, ad finem usque perseve-
rabat, quasi foret inflexibilis, &
hoc situ minimùm sesqui horam
transigebat. Quod ipsius exem-
plum viva quædam erat adhor-
tatio sociorum, ad orandum at-
tentè ac diligenter, nec non oc-
casio admirationis, quomodo
ab ipso suo tirocinio posset eun-
dem tenorem in orando serva-
re, cum ob sui divexationes &
ægri-

ægritudines debilis esset, ac viribus fractus. Oriebatur hæc perseverantia & religio Francisci, ex viva fide præsentis Divinæ Majestatis, & ex solationum cœlestium abundantia, quæ redundabant in corpus, idque corroborabant, ut suaviter famularetur spiritui. Has cœlestes delicias indicabant lacrymæ, quarum tale obtinuisse videtur moderamen, ut dum versaretur cum alijs, absq; strepitu dulciter ex ejus oculis destillarent, at ille esset solus, non sinè singultibus & profūdis suspirijs scaturirent. Hoc lacrymarum donum non solum se prodebat in oratione, verum etiam in conscientia examine, in sũptione sacrae Synaxeos, & solennibus Ecclesiæ

festis:
tum v
tantã
colliq
posset
fratæ,
tebatq
nem a
Deo co
vivis a
quorum
sacra du
tarum
medita
pasceba
vinarum
multo
mare v
bat, u
ad imit
tum So
fe-

festis: inprimis verò in nostro-
rum votorum instauratione,
tantâ lacrymarum abundantia
colliquebat, ut proferre non
posset verba formulæ à nobis u-
sata, dum ea innovamus, sen-
tebatque ingentem consolatio-
nem ac voluptatem, quòd se
Deo consecraret, unâ cum tot
viviis ac religiosis holocaustis,
quorum oblationi, quamdiu
sacra durabant, trium penè ho-
rarum spatio intererat. Inter
meditandum, non diu solum
pascebat intellectum rerum di-
vinarum commentatione, sed
multò magis conabatur inflam-
mare voluntatem, & ad labora-
bat, ut meditatio collimaret
ad imitationem Christi, regula-
rum Societatis observationem,
N & quo-

& quotidianorum ejusdem ex-
ercitiorum perfectionem. Non
optabat solatia habere ac reve-
lationes, sed revereri D E U M,
agnoscere voluntatem Divinam,
ipsius Majestatis, eamque ex-
qui, vincere seipsum, amare su-
um Conditoem ac Servatorem.
Ità indifferens impetrabat vi-
res, non tantùm pro exercitia-
tionibus spiritualibus, sed pro
studijs quoque litterarum, ut
que in his progressum faceret
non tam fidebat ingenio vel stu-
dio, quàm gratiæ DEI; cujus vo-
luntate se illis credebat esse
addictum, & gloriam, iisdem
incumbendo, exquirebat; atque
ideo non satis illi erat, DEO se
ordinarijs temporibus com-
mendare, sed præterea prius
quàm

quàm se ad studendum accingeret, modicum orabat, & in occurrentibus dubijs, jam ad JESUM, jam ad MARIAM recurrebat. Defixis quoque humi genibus, DEUM brevi oratione venerabatur egressurus cubiculo, vel ad illud reversus. Post exactè ponderatam lectionem quotidianam, defigebat oculos in effigie Christi crucifixi eâ attentione, ut procul dubio à rerum naturalium speculatione, ad contemplandos Patientis Christi dolores transfiret. Exercitio orationis, quam tanto cum apparatu, reverentiâ atque attentione peragebat, & continuæ abnegationis, ac voluntariæ afflictionis usu, tam altum contemplationis gradum obtinuit,

nuit, ut in DEUM abreptus, quandoque non sentiret intrantes conclave, in quo orationi vacabat, nec portæ pulsus audiret, neque se vocantem perciperet. Hujus argumenti est, quod memoratur, monitum aliquando Patrem Ministrum, abfuisse Franciscum, tum à prima, tum ab altera mensa, & ipsius jussu à quodam fratre quaesitum, qui eo non reperto, ad cubiculum, ejusdemque januam iterato pulsu pertentavit, nullo relato responso: quod ubi nuntiavisset Patri, ablegatus fuit ad referendam ejus januam, non expectatâ respondentis facultate: atque ecce ingressus, reperit Franciscum genibus nixum, tanta cum devotione, ut ipsum à sua-

eptus, à suavi contemplationis somno
 intran- avocare ausus non fuerit; tan-
 rationi dem tamen illum admonuit,
 um au- jam præterijſſe horam, veniret
 perci- proinde ad prandium: respon-
 ti est, dit Franciscus se jam esse refe-
 tum a- ctum: crediderim loquutum,
 strum, esse de pretiosis cibus, quos Rex
 n à pri- cœlestis amicis suis apparat in
 a, & i- convivio orationis: sed innu-
 re qua- ente illi Fratre, vocari illum à
 o, adij- P. Ministro, relictâ oratione; su-
 anuan- bitò se eò contulit, quò vocabat-
 , nullo- tur. Extra tempora deputata
 oi nut- orationi, visitabatur à D E O in-
 fuit ad- sveltis solatijs, sæpèque ipsius
 , non- anima, absque ulla prævia præ-
 acultra- paratione, replebatur indicibi-
 , repe- li lætitiâ ac jubilo, quo sibi ipsi
 ixum- ereptus diu persistebat, ac tum-
 ipsum- sibi redditus, magnum sentie-
 à sua- bat

bat terrenorum oblectamentorum horrorem, & ardentia celestium deliciarum desideria. Meditationi jungebat lectionem librorum spiritualium, quos tantâ animadversione volebat, ut illa non multùm differret à meditatione. Delectabatur imprimis uovo testamento, ac tum nostris regulis, exercitijs S. Nostri P. Ignatij, aureo libello de contemptu mundi, quem semper circumferebat, ac legebat pro suo solatio & spirituali recreatione, expressitque adeò accuratè, doctrinas in eo ab excellentissimo spiritualis vitæ Magistro traditas, ut vocari possit exactissima vitæ ipsius imago. Per piam lectionem, multoque ampliùs familiarem

cum



mentum cum Divina Sapientia consue-
tiam concordiam, singulare obtinuit do-
sideria. num differendi de rebus pijs,
lectio. tantâ profunditate & claritate,
alium, ut non in Theologia solùm my-
ne vol- stica, sed etiam in scholastica
m dif- versatus videretur. Verùm,
electa. quod admodum fuit in illo no-
ramen- tabile, atque consideratione di-
, exer- gnum, est, ipsum, cum tam esset
, aurea in se durus, tam fuisse suavem
mundi ac dulcem in alios, scivissèque
tebat at tantâ prudentiâ humanâ simul
& Divinâ, rationem se accom-
sistitque modandi tempori & personis,
s in eo quibuscum loquebatur. Infi-
ritualis stens sermonibus, quos alij in-
t voca- ferebant sensim sinè sensu, mi-
ipsum rabili illos artificio revocabat
onem, ad spiritum. Verba ipsius, ut-
iarem, pote procedentia ex corde,
cum

N 4

quod

quod Divino flagrabat amore, movebant suaviter animos, & quæ vellet, persuadebant. Absolutâ oratione, stans illam animo revolvebat, adnotabatque Divinas illustrationes. Extra consveta tempora, sæpius interdum discutiebat conscientiam, observaveruntque nonnulli, solito magis lacrymari solitum in examine vespertino: iterabat tum identidem hæc verba: *Canis, canis*: non constat autem, an seipsum reprehendendo, an verò repellendo diabolum. Finito examine, se, imitans Servatorem nostrum, prosternebat, vultu & ore terræ diu incumbendo, & quamvis, nè videretur, se obtegeret quibusdam tellis, placuit DEO, ut ad nostrum
exem.

exem
iste a
dinis
nem
reper
ac de
mina
pend
quâ e
dend
plius
tisqu
& sec
ctio
quam
fuera

De
xi

exemplum, ab alijs notaretur, iste actus demissionis & pœnitudinis. Non est mirum, juvenem habitum pro Sancto, in se reperisse, quæ reprehenderet ac deploraret; quia oculis illuminatis levissimas culpas expendebat, juxta obligationem, quâ erat obstrictus ad respondendum divinæ gratiæ, quæ ipsius animam complebat, multisque à DEO acceptis beneficijs, & secundùm eminentem perfectionem suæ Religionis, ad quam à DEO singulari modo fuerat vocatus.

CAPUT XX.

De amore Dei & proximi, ac de religione erga Cœlites.

N 5

Post

Post integrè poenitentiâ ac lacrymis jam emundatum cor, edomitum amorem proprium cum inordinatis affectibus, exercitatus in virtutibus, atque imprimis in orando, ad eminentem pervenit divini amoris gradum, ut gratularetur DEO de infinitis ipsius excellentijs, desideraretque illum ab omnibus agnosci, coli, amari ac laudari. Recreabatur magnoperè, cum inaudiret benedictum DEI nomen illatum esse in novas & alias Orbis partes, multasque animas ad sanctam fidem converti. Gaudebat glorificari DEUM à Religiosis impensè incumbentibus in propriam perfectionem & animarum salutem. Adlaborabat pro viribus,
nè

nè ulla ipsi elaberetur occasio
pertrahendi animas ad suum
Creatorem. Dum extra Urbem
exercitij causâ egrederetur, si
quos obvios haberet pueros, a-
mabat mollem illam ceram si-
gnare impresso sacro DEI nomi-
ne. Exhortabatur omnes, &
præcipuè agnatos, sibi que san-
guine junctos, ad studium divi-
ni amoris, sinè quo amaræ sint
pompæ & gaudia mundana.
Nullâ tangebatur curâ placen-
di hominibus, aut alienæ de se
opinionis, neque ob metum
cuiquam displicendi, vel incur-
rendæ censuræ, intermittebat
pertinentia ad Divinum obse-
quium. Nunquam dedit ope-
ram, ut sibi ipsi placeret, quo
imitaretur Servatorem nostrum,

de quo scripsit Apostolus ad Rom: c-15. *Christus non sibi placuit: imò quàm diligentissimè conatus est semper repugnare, amorì proprio propter DEUM, à quo se multùm amari intelligebat: omnia sua opera, quantumvis essent levia, & momenti exigui, illustriora reddere nitabatur, majoris gloriæ divinæ studio, flagitabátque sibi ardentè à DEO, ob suas, & aliorum, quas propterea expetijt, preces concedi, nè per omnem vitam suam, Divinæ obsistere posset voluntati. Id quod ipsiusmet verbis confirmare libet, quæ scripsit suo Fratri: *Iam te, mi Frater, obsecro, ut non omittas plurimùm pro me DEUM, & solitò magis orare, tu, inquam, & omnia**

omnia nostra monasteria. *Gratia, quam ab eo petent, erit, ut in omni vita mea, nunquam possim repugnare ipsius voluntati; sed totis viribus, semper, & continuò illam exequar, siquidem me DEUS amat, quamvis ego amari nollem.* Quo quidem studio, tantam obtinuit, cum Divino beneplacito, conformitatem, ut omnia ab amabili Divinæ Majestatis manu acceptaret, non beneficia duntaxat & solatia, sed etiam morbos corporis, afflictiones animi, & contradictiones externas, incredibili tolerantia, ac summè DEUM benedicendo, quòd singularis gratiæ loco haberet, pati afflictiones & opprobria, ob ejus honorem, quem animi sensum, scribens

bens amitæ suæ, D E O dicata
 Virgini, expressit sequentibus
 verbis: *Scribis mihi de tua inva-
 letudine, DEUS tibi illam conser-
 vet, hi enim sunt veri fructus ve-
 rorum DEI servorum, qui me
 quoque, pro sua bonitate, voluit
 egrotare, non absque meo solatio.*
 Et quia perspectos habebat the-
 sauros, quos adferunt à D E O
 immensæ adversitates, exopta-
 bat illas sibi, ac ijs, quos dilige-
 bat in Domino. Scribens enim
 cuidam Sacerdoti, ait: *Christus
 Dominus noster sit tecum, detque
 tibi adversitates; hoc dico, quia
 tibi bene volo.* Alteri verò ita
 scripsit: *Gratæ nobis accidant ad-
 versitates & opprobria; hæc duo
 enim nos docuit, exemploque suo
 nobis indicavit ille, quem elegimus*

in nostrum Ducem, & nostrum
Caput; ideoque operibus nos ipsi
esse oportet fideles: quod si id mun-
do non placeat, obmurmuret li-
cet, ut vult: veniet tempus, ut
dicant: Nos autem vitam illo-
rum estimabamus insaniam, & fi-
nem illorum sine honore; Ecce
quomodo computati sunt inter fi-
lios DEI, & inter Sanctos fors il-
lorum est. Ideoque dicamus nos
cum sancto Paulo: Nobis autem
absit gloriari, nisi in cruce Do-
mini nostri IESU Christi. Nemo
est repertus, qui ab ipso audive-
rit verbum index, indignantis
animi, in diversis adversitatum
occasionibus, quas ferunt res
humanæ. Non contentus pati
dolores, quos ipsi DEUS immit-
tebat, ut Servatori suo magis
pla-

placeret, optabat unà sustinere quos alij tolerabant. Hinc factum est, ut, cū solaretur, quandam personam afflictam, sic illi scripserit: *Summo afflictor solatio, & gaudeo, quòd sim in Societate IESU. Ex ijs, quæ sunt in mundo, nihil aliud susciperem, quàm afflictiones ac dolores, & speciatim tuos, pro tui sublevatione.* Charitas ejus flagrabat desiderio aggrendi res magnas pro DEO, peragendique ordinaria opera Religionis, eadem servatâ regulâ, eodémque tenore perfectionis ac fervoris, quasi non esset subjectus legibus hujus mutabilis vitæ, neque unquam posset à DEO abstrahi. Indies augebat cœlestes in corde ipsius flammæ Divinorum bene-

nefici
tatio
inpri
collat
quidq
conti
tur co
peret
sive ex
relaxa
bus li
tjjs, au
Per
corpo
funct
tinuò
triam
suo an
frequ
quare
solita

ineficientium, memoria & meditatio Divinarum perfectionum, imprimisque pulchritudinis, cui collatum censebat vile esse, quidquid boni & pulchri terra continet, quidquid complectitur cœlum: adeò, ut nullum caperet solatium, sive ex amicis, sive ex junctis sanguine, vel ex relaxationibus & recreationibus licitis, vel litterarijs exercitijs, aut ex ulla alia re delectabili.

Peragebat omnia ad vitam corporis pertinentia veluti perfunctoriè, instar peregrini, continuo aspirantis ad cœlestem patriam. Idcirco urgebatur, nè suo animam privaret pabulo, ad frequentandam orationem, quærendumque DEUM in locis solitarijs, ut quietè frueretur.

men-

mensâ, quam ille intimis suis
 instruit amicis. His coelestibus
 illicitis irritabatur desiderium
 DEO corâmpotiendi: & quia
 illum remorabatur gravis sarcina
 corporis, versabatur in caelis
 animo, quò se perventurum
 sperabat, id quod optabat, pe-
 tebátque à DEO assiduè, quem
 admodum fecisse legitur S. Mar-
 tinus, Turonensis Episcopus.
 Eam ob causam, ambulabat ve-
 luti absorptus, & saepe coelum
 lacrymabundis oculis suspicie-
 bat, exclamans cum Propheta:
*Quàm dilecta tabernacula tua
 Domine virtutum! concupiscit
 & deficit anima mea in atria Do-
 mini: cor meum & caro mea
 exultaverunt in DEUM vivum.*
 Atque id ex more factitabat

quo

quotidie, interruptâ aliquan-
tum studendi contentione; ad-
ibat fenestram areæ domesticæ,
manibus decussatis, vel, quod
facere consueverat S. P. Noster
IGNATIUS, ascendebat in sola-
rium, ibique diductis brachijs
orabat, quasi instar columbæ
ad cor sui Dilecti evoluturus, ut
illic sibi nidum construeret, sua-
vitèrque conquiesceret: & huic
orationi multum solebat tem-
poris à prandio tribuere, loco
meridianæ quietis. Unde non
nemo, quem contubernalem
habebat, cupidus sciendi, ubi
Franciscus, cæteroquin cubicu-
li amantissimus, eo tempore ex-
tra illud moraretur, toto per-
vestigatum Collegio, denique
reperit in solario genibus ni-
xum,

xum, brachijs expansis, oculisque defixis in cœlum, quo in situ contemplationem propè in horam extraxit, tam diu namque ibi substitit socius stupens, & finem videre optans. Istiusmodi contemplationis usque, adeò erat avidus, ut cuidam, qui ipsi religionem injecerat, quòd sibi fatigaret caput; responderit: præstare pati quidpiam in corpore, quàm suavitatem familiaris cum D E O consuetudinis deperdere. ferebatur singulari amore in Christum crucifixum, cui in corde suo templum extruxerat, ubi liber ab omnibus terrenis cogitationibus, quod svadet Albertus Magnus, in tractatu de adhærendo D E O, quem ipse identidem

ma

manibus versabat, illum religio-
sè venerabatur, ad Divinum se
se inflammans amorem, tran-
quillo mellitorum dilecti Do-
mini vulnerum aspectu: sacrâ
verò ipsius humanitate uteba-
tur, veluti scalis, pro ascensu ad
Deum, ac descensu ab eodem,
ad quiescendum in illis sanctis
cavernis, felici refugio anima-
rum amantium JESUM, quocum
optabat crucifigi. Ordinaria
ipsius meditationum, ac dome-
sticorum colloquiorum mate-
ria, erat Passio Dominica, in
qua inveniebat incentiva ejus
amandi. Illam colebat jeju-
nando quâvis feriâ sextâ, & pœ-
nam aliquam de seipso sumendo
in triclinio, qualis est, Patrum
& Fratrum accumbentium pe-
des

des exosculari, humi confidere
infra mensam ad aliorum pe-
des, cibum mendicare & po-
tum, se flagellare: quæ cæteris
communis ipse peragebat ar-
dentiore affectu, placendi tan-
tummodo suo dilecto Domino,
semperque vegeto, ut omnes ex-
citaret ad devotionem, acius
verò postea se concidebat in
cubiculo. Jam in seculo coe-
perat, quod est profecutus in
Religione, ut se feriâ sextâ pri-
varet omni eo, quod ipsi vel mi-
nimam adferre posset volupta-
tem, crucifigendo se cum Chri-
sto per mortificationem, & ab-
negationem sui ipsius. Dele-
ctabatur memoriâ cruciatuum
sui Servatoris. Et quia nove-
rat hanc in incruento Missæ Sa-
cri-

crifici
atten
culis
Chri
adess
cris;
mitte
sticæ,
diebu
mis u
bat p
tum
verò u
admi
erat n
care
nim u
eo ad
bat g
quàm
profic

crificio expressius recoli, tam
attentè illi assistebat, quàm si o-
culis cerneret in eo præsentem
Christi humanitatem, optabat
adesse ac ministrare pluribus Sa-
cris; quia verò id ipsi non per-
mittebant occupationes schola-
stica, satisfaciebat suo desiderio
diebus festis. Audiebat in pri-
mis unum, divinòque se reficie-
bat pane, tum subsequens alte-
rum gratias agendo: deinde
verò unius insuper, pluriùmve
ministrum agebat. Neque
erat necesse, ut ab Ædituo vo-
caretur vel rogaretur: ipse e-
nim ultrò sese offerebat, ac ab
eo admissus, magnas illi refere-
bat gratias, quòd intelligeret,
quàm sibi esset honorificum ac
proficuum, sacrosancto Missæ
My-

Mysterio inservire. Singularem cultu prosequeretur sanctissimum Altaris Sacramentum, sæpèque illud invisitabat, manè præsertim è somno consurgens, vesperi, priusquam cubitum concederet, eundo ad scholam, indeque redeundo, egrediendo, regrediendoque domum. Non peragebat has visitationes obliter, sed ex proposito & affectu speciali, quemadmodum amicus consuevit invisere amicum, quem magnopere diligit, & cuius præsentiam summè gaudet. Adibat Augustissimam Eucharistiam, eâ collectione & compositione, ut se intuentes ad devotionem stimularer; in illa sumenda, profundebat lacrymas, plenus solatio, quòd eandem

dem intrà suam animam susce-
pisset. Agendis deinde gratijs
multum temporis impendebat.
Reversus in cubiculum, veluti
sibi ereptus, prætermisiss alijs
studijs, reliquum tempus matu-
tinum exigebat in, sanctis am-
plexibus cœlestis Sponsi, legen-
do ac meditando, quem in fi-
nem se priùs, quàm optimè, pro
ipsius susceptione parabat. Ad
confovendum affectum erga
hoc Divinum Sacramentum, re-
citabat litanias, de eo concinna-
tas à P. Ignatio Martinez, Seba-
stiani Regis Lusitaniæ Ecclesia-
ste, qui in Societate nostra vi-
vit ac obijt, cum magna doctri-
na, & præclarissimæ virtutis o-
patione. Ad conservandam
vivacem mysteriorum Christi
mem-

O

me-

memoriam, dicebat litanias de
 ejus vita, Passione ac Resurre-
 ctione, cum necdum esset, pra-
 fertim publicus, illarum usus ve-
 titus, à Summo Pontifice Cle-
 mente Octavo. Post Christum
 Dominum, ferebatur singulari
 affectu in sanctissimam Virgi-
 nem ac Matrem DEI, quòd ge-
 nuisset illum, qui salus est mun-
 di, eratque amor animæ ipsius.
 Conabatur eam sibi præsentem
 sistere, & imitari in suis operi-
 bus. Quam illius iconem con-
 spiciebat, salutabat reverenter,
 præter Coronam & Officium,
 persolvebat litanias de beatissi-
 ma ejus Vita, atque has devoti-
 ones alijs usitatas, animabat ar-
 denti affectu, & affectuosâ ver-
 borum singulorum ruminatio-

ne: q
 in una
 tà co
 rentiã
 stanti
 teneri
 xit se
 mam
 Christ
 timo
 esset a
 quos
 Divino
 re, est
 genter
 remini
 ratissi
 nunq
 conste
 quidqu
 lit tam
 ne,

ne: quia multum temporis, vel
in unam earum infumebat, tan-
tâ collectione mentis ac reve-
rentiâ etiam externâ, ut inspe-
stantium animos piâ quâdam
teneritudine afficeret. Intelle-
xit se rem DEO longè gratissi-
mam facturum, si non solùm
Christi patientis cruciatibus, in-
timito doloris sensu recolendis
esset addictus, sed ijs etiam,
quos sanctissima ipsius Mater,
Divino animitus sauciata amo-
re, est perpeffa: respondit dili-
genter inspirationi, & sæpe piâ
remiscentiâ venerabatur sa-
ctissimæ Virginis dolores. Et
nunquam, quod quidem mihi
constet, ulla ipsi cura fuerit, ut
quidquam sibi conquireret, de-
dit tamen operam, ut haberet

imaginem è charta DEIPARA res:
 Virginis, septenis transverbera- cialia
 tæ gladijs, & hanc suffixit Cruci ciffin
 Christi in sua mensula, Filij se, cateri
 ac Matris doloribus excitans, maba
 ad conformandam voluntatem vener
 cum Divina, in omnibus affli- P. IGR
 ctionibus, quas DEUS ipsi digna- tatem
 retur immittere. Ex hoc amo- sum
 re & religione, quâ prosequen- antè,
 batur JESUM & MARIAM Virgi- Beati
 nem, nunquam veterascens pule- natus
 lulabat affectus. quo peculiari- nes ip
 bus meditationibus, sui que af- huma
 flictionibus, celebrabat solen- quâ a
 nitates ipsis dicatas, Nativitatis auxilij
 præsertim, ac Passionis Domi- stram
 nicæ, quibus honorantur Im- promo
 maculatæ Matris, in purissimo flagra
 partu, gaudia, & in acerbissima non pe
 dilectissimi Filij, morte, angos- curan
 res:

res: quibus, ac alijs festis, specialia percipiebat solatia, dulcissimis mixta lacrymis. Præceteris omnibus Cœlitibus, amabat, & filiali teneritudine venerabatur Nostrum Sanctum P. IGNATIUM, cujus ille sanctitatem, Divini Spiritûs instinctu, summè suspexerat, multò etiam antè, quàm à Sede Apostolica, Beati & Sancti esset titulo donatus, atque admirabatur omnes ipsius virtutes, præsertim humanâ majorem prudentiam, quâ adjutus, singulari cœlestis auxiliij gratiâ, designaverat nostram Societatem, cujus ipse promovendæ ardentissimo zelo flagravat; cùmque tunc aliter non posset, quod existimabat curandum esse cuique vero il-

lius membro ; studuit imprimis
semper observare scriptas, in
hunc finem, à N. S. P. IGNATIO
regulas, & bonum verbis suis ac
factis præbere exemplum ; non
tantùm nostris domesticis, ve-
rùm etiam extraneis, metuens,
nè, si alterutrum negligeret, in-
commodaret Societati, & of-
fenderet DEUM Societatis Aucto-
rem atq; conservatorem. Pra-
terea prosperum Religionis
progressum collocabat in eo,
ut in eam cooptarentur, prædi-
ti non minùs ingenio & judi-
cio, quàm bonâ indole, dotibus
necessarijs, ad laudabiliter vi-
vendum in communitate, &
sublevandos in onere governa-
tionis Superiores: verùm non
minori curâ, agebat, educandos

esse

primis
s, in
GNATIO
suis ac
, non
is, ve
tuens,
et, in
& of
Aucto
Præ
igionis
in eo,
prædi
& judi
lotibus
ter vi
te, &
berna
m non
candos
esse

esse jam cooptatos, imbuendos-
que genuino spiritu Societatis,
& quamvis hic labor concer-
nat Tironum Magistros, ac Præ-
fectos rerum spiritualium, ar-
bitrabatur tamen multum con-
ferre, si aliorum, cum ipsis ver-
fantium, bono juvarentur ex-
emplo, quod est animata ad vir-
tutem cohortatio.

Excedebant ejus desideria
copiam opportunitatum per-
trahendi ad religionem, quibus
ejusmodi dotes essent, pruden-
ter tamen utebatur ijs, quas ipsi
Divina Providentia offerebat.
Ut participaret meritum illo-
rum, qui divino huic muneri e-
rant dediti, addicebat eorum
subsidio bonam suarum oratio-
num partem. Ut nè, quod ipse
præ-

præstare poterat, prætermittet, sæpe bonâ Superiorum veniâ, consveto loquendi tempore, se associabat Tironibus, qui adventabant ad Messanenſe Collegium, ubi, ut fieri consuevit in domibus Professorum, ministrabant Sacra facientibus, & alia obibant munia domestica, juvabátque ipsos pijs colloquijs & exemplo, ità ut nonnulli fateantur, se ab illo normam didicisse vitæ religiosæ, & æstimationem atque amorem rerum spiritualium, licet eos non adiret, autoritatem sibi arrogando Magistri, ut aures requireret attentas ad excipientem doctrinam, cujus communicandæ desiderio, quandoque tenentur in spiritualibus exerci-

citati
Tiro
destè
gressu
timor
si qu
exem
propa
verun
toris,
chion
erat,
mascu
Ignati
caret.
lium,
eidem
se dev
flagra
mo pr
natura

citati; sed humilis, quasi & ipse Tiro foret, agebat cum illis modestè, piè ac prudenter, & in digressu religiosum præferens timorem, ignosci sibi poscebat, si quod ipsis malum præbuisset exemplum. Quia non solùm propagari optabat Societatem, verùm etiam nomen S. Fundatoris, scripsit cognatæ suæ Marchioni, ut proli, quam aditura erat, utpote prælagiens fore masculam, nomen inderet Ignatij, eamque S. Patri dedicaret. Enixa est Marchio filium, & appellavit Ignatium, eidemque Sancto illum religiosè devovit. Sanctus amor, quo flagrabat, omnem ex ejus animo proscripsit timorem, etiam naturalem, ut nihil præter,

DEUM metueret, fruereturque summâ tranquillitate ac securitate, quantumvis non deessent metuendi causæ. Enituit hæc ipsius virtus multoties, præsertim cùm cælum horrendis reboaret tonitruis & fulminibus, vel terra insolitis ac formidabilibus contremisceret motibus. Nullum tunc Franciscus exhibebat indicium timoris, sed immotus, eodem situ prosequebatur opus cœptum: usque adeo ipsum constabiliverat amor & confidentia in DEUM. Ex amore, quo complectebatur Divinam Majestatem, oriebatur zelus alienæ salutis, quam habitâ quavis opportunitate procurabat, neque illi sufficiebat horrari alios ad ineundam salutis viam,

viam, expiatis, per sacram Exomologesin, peccatis, sed ad scandendum montem religiosæ perfectionis, & sectanda consilia, sprete mundi vanitatibus, atque ita collocandam in tuto animæ salutem. Suspiciebat in Patribus & Fratribus nostris Dei imaginem, & præcipuo affectu illos diligebat, ac reverebatur, vices eorum dolendo, atque excusando infirmitates & defectus, tam spiritûs, quam corporis, accommodando se omnibus, & satagendo illis gratificari, vel cum suo incommodo, ac interdum valetudinis detrimento, in ijs tamen duntaxat, quæ non adversabantur integræ legum nostrarum observantiæ, & Superiorum placitis.

Quamvis sæpe inviseret ægros, ipsisque inserviret, præsertim qui propter diuturnum, aliisque molestum morbum, neglectius haberi possunt, & se offerret Superioribus, ad supplendas in eo servitio aliorum vices, qui alijs negotijs distinebantur; potissimum tamen charitas ipsius tempore necessitatis, quo obsequium est opportunius & optabilius, elucescebat. Ut silentio alia exempla præteream, cum Collegium Messanense, Deus quodam, veluti communi morbo afflixisset, discursabat Franciscus per omnia conclavia, omnibus famulabatur, omnesque solabatur, nec morbum metuendo, neque parcendo labori, admirabili ardore

re &
minu
ferm
tibus

De
b

Q
brach
existi
catio
se in
minu
bus a
est ne
præte
rebus

re

re & exemplo inferviens non
minùs infirmis, de quibus mihi
sermo est, quàm bene haben-
tibus.

CAPUT XXI.

*De ultimo ipsius mor-
bo, & præparatione ad
mortem.*

Quia imperata sibi à Præsidi-
bus non exequebatur levì
brachio, & quasi perfunctoriè,
existimans absque animi appli-
catione, nihil bene præstari pos-
se in ullo munere, multòque
minùs in erudiendis pueris, qui-
bus ad profectum magnopere
est necessaria Magistri sedulitas,
præter eam, quam impendebat
rebus spiritualibus, omnem ad-
di-

dixit operam illis excolendis; ut, unde arbitrabantur Patres relevandum, ingens ceperit detrimentum: paucos enim post menses spuit denuo sanguinem, fuitque correptus à gravi & periculosa feбри, quam servus Dei cum inexplicabili gaudio, & suæ voluntatis in divinam transfusione suscepit. Superatâ vi morbi convalescens, retinuit febrim hecticam: licet verò totam suam vitam ad sanctum obitum componeret, nihilominus tunc dimisso scholæ onere, exclusâ omni cogitatione progandæ vitæ, & solitudine atque curâ corporis, toto pectore in id, instar servi fidelis incubuit, ut ad occurrendum suo Domino, se instructis ardentibus

bus
rum
prim
rum
adfe
dina
vit se
soph
exui
& cū
nequ
quo
tur P
dem
quæ
quid
pter
æstim
fueri
diffu
sapi
bus

bus solito ferventiorum operum lucernis præpararet. Inprimis se spoliavit libris literarum humaniorum, qui aliquam adferre possunt homini valetudinario relaxationem: abdicavit se scriptis Rhetoricis, Philosophicis, & Asceticis, præterea exiit se omnibus, quæ habebat, & cum nec pretiosa possideret, neque elegantia, ex affectu, quo semper in sanctam ferebatur Paupertatem, pauculis tandem etiam se nudavit chartis, quæ illi supererant, paupertinâ quidem supellectile, sed propter bonam voluntatem, tantum æstimata à D E O, ut ipsam eo fuerit remuneratus gaudio, quo diffluens jucundissimè & quàm sapissimè, iterabat verba illa Re-

gij Prophetæ: *Ego autem mendicus sum & pauper, Dominus sollicitus est mei:* quòd crederet ob illam rerum omnium repudiationem, curam sui peculiariter suscepisse Dominum universorum. Deposuit quoque omnem cogitationem de consanguineis, curam negotiorum, affectum erga res terrenas, quæ animum modicè recreant, & multum à præparatione ad mortem avertunt. Sed neque admisit desiderium recuperandæ valetudinis, existimabat enim fore, si illo teneretur, ut ab eodem præpediretur in cursu perfectionis. Heroica sanè est virtus Juvenis, qui mortem sibi appropinquare cernens & præcidi, quæ in plures annos animo
con-

conceperit, non procurat, nec optat eximi discrimine, quasi vitæ pertæsus. Excelluit hac virtute Franciscus, atque adeò se vitæ amore expedit, ut nec opem expetiverit Medicorum, vel quod capitur ex medicamentis levamen, aut quam adfert refocillationem aëris mutatio, remedia usurpata etiam à viris religiosis & sanctis, obsecundantibus congenito vitæ amori: etsi non deessent, qui horum semper copiam offerrent. Agrotanti. à Principe Paternensi sua Consobrina fuit per literas rogatus, ut valetudinem curaret in domo ipsius Caltanissetana; à Matertera Baronissa invitatus Calvarasum. Fratres se ex destinato contulerunt Messanam,

nam, ut illum ad nativum aërem deducerent; hoc erat consilium Medicorum, hæc Superiorum voluntas, id votum Consanguineorum, uno Francisco semper dissentiente, qui nè malum, ut ipse agebat, alijs præberet exemplum, maluit maturè in domo DEI, in sanctæ Paupertatis gremio, & in contubernio Religiosorum naturæ concedere, quàm vitam in palatijs inter sanguine junctos & seculares extrahere. Quid usitatius in ejusmodi necessitatibus, quàm urbem commutare cum villis? atque ille, etsi id ipsi aliquopiam procuraretur, neque istud sibi passus est charitatis exhiberi officium. Ideoque non nemo è gravioribus Patribus vi-

ces

ces ipsius dolens, quòd illum
adversâ confectum valetudine
videret, ei dixit, acturum se cum
P. Rectore, de ipso mittendo ad
villam Collegij, útque Francisci
assensum obtineret, se illi comi-
tem futurum promisit. Igno-
rabat, quid responderet, hærens
sacrum inter & saxum, ac du-
bious, charitatine Patris obseque-
retur, an sui ipsius odio. Tum
Pater silentium consensûs loco
suscipiens, facultatem impetra-
vit: quod rescians relaxatio-
num Osor, magis se arctatum
deprehendit: metuebat hinc,
nè, si repugnaret, Pater forsitan
sibi succenseret, indè verò ab-
horrebat ab acceptanda ea re-
creatione; tandem maluit fi-
dere virtuti Patris, quàm sibi
ipfi

ipſi indulgere, & recurrens ad Patrem Rectorem, gratiam domi manendi obtinuit: quamvis tamen haud multò poſt, eodem ultrò jubente, ad villam ſe contulerit: ſed Pater animadvertens ipſum invitum illic morari, obrulit illi domum Tironum, ut ità ipſi auferret urbem recreationis, quam reſuegiebat, atque ibidem ob aëris ſalubritatem convaleſcere poſſet. Obtemperavit ille mandanti, & memor primi ſui fervoris, incitatus, nescio quâ devotione, quam ex gratia DEI ſingulari videtur is locus ſpirare, voluit obire conſuetas Tironibus exercitationes, ipſiſque in victu, & cæteris omnibus æquiparari. Verùm, P. Rector ex-

pen-

pendens finem, propter quem
eò advenerat, & quòd esset il-
lius domûs benefactor, statuit,
ut omnis ipsi charitas præstare-
tur. Ubi primùm id servus DEI
notavit, supplex P. Rectorem a-
diit, orans, nè sibi quidquam in-
dulgeret singulare, siquidem
bene valeret: atque ea fuit i-
psius teneritudo, ut nullatenus
potuerit adigi ad sumendam la-
ctucam elixam, non commu-
nem alijs: cùm apponeretur o-
mnibus frustum duri panis, do-
luit sibi dari mollem. ut igitur
ipsi satisfaceret, jussit illi Pater
duri frustulum præberi, quo ipse
celans sanctum dolum, se toto
mensæ tempore occupabat, non
attacto pane recenti. Curæ ta-
men illi erat bonum exemplum.

In-

Injuncta fuerat aliquando in
cœna quibusdam Tironibus pœ-
na, quòd serò se contulissent ad
benedictionem prandij; acces-
serat ad illam, nescio qua ex
causa, & ipse tardiùs; questus
est apud P. Ministrum, quòd ab
eo non fuisset mulctatus, cum-
que ille diceret, degere eum in
domo velut hospitem, & ægro-
tum, respondit: quale verò ex
me sument exemplum Tirones,
videntes me non subire pœnam
propter tarditatem, cujus me
habuerunt socium? compulsus
denique fuit Pater ad eam illi
imponendam pro ejus solatio,
& aliorum exemplo. Atque
hæc est prima, ac ultima animi
adversio, quâ, quod equidem
sciam, fuit à Superioribus, quo-
ad

ad vixit in Religione, ob ali-
quid culpæ speciem præsefe-
rens, punitus. Videntur hæc
esse minuta, sed magni facien-
da, si ea metiamur affectu, quo
etiam æger semper, & ubivis,
tanto studio fuit intentus sui-
met vexationi, & communi ob-
servantiæ. quia P. Rector non
desistebat ab exhibenda Franci-
sco aliquali charitate, redijt ad
Collegium, nè ultrà cogeretur
quidpiam suscipere, quod pro
eo, quo se prosequabatur san-
cto odio, ipsi videbatur super-
vacaneum, charitati tamen Pa-
tris & prudentiæ necessarium;
ubi firmum etiamnum retinuit
suum propositum non egredi-
endi domo ad captandam au-
tam, quod licitè eo tempore
trans-

transgredi poterat. Non mi-
nori severitate refutabat me-
dicamenta, ut libet vulgaria,
ægrè ferens sui causâ ullas fieri
expensas: quarum occasionem
ut amoliretur, premebat silen-
tio toleratos dolores, semper
dicatans se benevalere, rejicie-
bat sibi parata confortantia, vel
præservantia, prætexens pro ex-
cusatione nauseam stomachi:
compulsus ad modicum quid
sumendum, ostendit non mino-
rem Paupertatis æstimationem,
quàm mortificationis, quando
relicto cochleari argenteo,
quod ipsi præter morem no-
strum oblatum fuerat, arripuit
obviam tegulæ partem: quod
non sustinens Valetudinarij Cu-
rator, ut tamen gustui illius in-
dul-

dulgeret, substituit cochleari
aureo arundineum. Denique
adeò se vitæ amore exiit, ut li-
cèt non ignoraret, quod alicui
est fassus, suæ invaletudinis re-
medium, id nulli proderè vo-
luerit, nè, quemadmodum aje-
bat, amorì sui ipsius obsecunda-
ret, qui sua omnia DEO addixe-
rat. Expeditus ab omnibus af-
fectibus, qui infirmum possent
vocare à præparatione ad bene-
morendum, omnem curam
convertit ad exactius studium
perfectionis, exorsus à puritate
animi. Voluit illum DEUS pu-
rorem reddere scrupulorum
molestijs, in quorum tamen æ-
quale facile acquiescebat, iudicio
arbitri suæ conscientiæ. Hic
sibi retulit divino instructum

P

lu-

lamine, conspiceret minutissima
quæque solitum, & se illorum
reum peragere magno sensu ac
dolore, quamvis in ijs Patet
non reperiret, quod sacramen-
tali absolute dignum cense-
ret: digessit sibi in ordinem
exercitia diurna, quod magno-
pere confoveret spiritum, & con-
fert ad sanctè ac suaviter in
morbo fallendum tempus. Ma-
nè, peractâ suâ oratione, adibat
templum, & salutato reverenter
Augustissimo Eucharistiæ Sacra-
mento, se sistebat ad ministran-
dum Sacra facturis, dicens se
id occupationis exposcere,
quòd nihil sibi esset otioso ne-
gotij, & quando Ædituus non
acceptabat ultroneum obse-
quium, procumbebat in genua
po-

ponè summam aram, aderátque
tribus quatuórve Missæ Sacrifi-
cijs, deinde se conferebat ad in-
serviendum ægris, exsolvendas
preces vocales, & discutiendam
conscientiam. Sumpto pran-
dio, quod necessitate adactus
anticipabat, audiebat legentem
super mensam ex vicinis gradi-
bus, expositis vento & fumo,
quòd existimaret hanc molestiã
dignum esse pretium escæ spiri-
tualis. Dabat deinde nonni-
hil temporis colloquio de rebus
divinis, quod plerumque insti-
tuebat cum Novitijs, & simpli-
oribus Fratribus. Interdiu
olvebat Scripturam sacram, ac
divinum librum de contemptu
mundi, non absque Præsidium
moderamine, certos ipsi lectio-

nis limites præfigentium, & propterea necdum satur, eorundem permisso, conveniebat viros doctos bonosque Religiosos, ut cum illis verba faceret de rebus pijs. Cæterùm obtentâ specie exercitij corporalis, navabat operam virtutibus, quam præstabat Præfectis Pistrino ac Cellario in levioribus, visitandis & curandis infirmis, erudendis famulis domesticis, ad comparandam notitiam doctrinæ Christianæ, atque ita se gefit, ut Fratres non possent attendenti ipsius charitati ac animi demissioni repugnare: accommodabat se illis exercitijs, aliisque omnibus communi domus disciplinæ, cujus, cum ab ea consueverint infirmi esse

qua-

quod antenus eximij, ille erat
non minùs diligens observator,
quàm dum bonâ fueretur vale-
tudine, ideóque solatio potiùs
alios afficiebat, & recreabat,
quàm ut quemquam gravaret,
vel molestarer; quamvis desti-
natum haberet, qui ei præstaret
obsequia, quibus egebat, ipse si-
bi nihilominus sternebat le-
ctum, everrebat cubiculum,
peragebat cætera omnia neces-
saria, adjuvabatque valetudina-
rij Curatorem in ejusmodi ope-
ribus, ut non tam ægrotus esse
videretur, quàm Minister vale-
tudinarij. Multis precibus in-
tercepit, ut sibi liceret adire com-
mune triclinium, quod, cum se-
mel iterùmque non impetraret,
petebat denuo Superiores ad
P 3 eam

eam facultatem concedendam, occa
dicens bene se valere, plúsque, præ
se relaturum solatij, profuturi alioc
etiam valetudini corporis, ex sci co
communi observantia, & audien- sensu
tione spiritualis lectionis. Cre- sump
sciente morbi malignitate, per- mira
didit cibi appetitum, neque ra- gatu
men quidquam petijt diversum factu
ab his, quæ ipsi præbebantur, & suam
laudatâ semper charitate mode- ciscu
ratorum, ac sedulitate ægrorum dem
Curatoris, etiam cum malè pa- re, a
rata exhiberentur: quam in rem Chri
adferam unicum exemplum. singu
Propositum illi aliquando fue- tum,
rat frustum foetidæ carnis, quam amor
ipse non modò non agrè susce- dium
pit, neque sibi melius ferculum dem
ejus loco dari petijt, sed à divi- sam e
na providentia bene merendi illum
oc

dam, occasionem oblatam minimè
prætermittendam ratus, cum
alioquin modicissimâ carne ve-
sci consuevisset, tunc vincendo
sensualitatem, solito amplius
sumpsit, quod vehementer ad-
mirans Curator, causam inda-
gaturus, exploravit carnem ol-
factu, cujus foetore offensus,
suam redarguit incuriam, Fran-
ciscum verò sui victorem, ejus-
demque modestiam, cum stupo-
re, apud alios celebravit, ut
Christi crucifixi imitatore
singulari, ad beatum usque obi-
tum, & continuo prosequentem
amore, sanctum sui vincendi stu-
dium. Dolens ipsius vices i-
dem Curator, ob animadver-
sam ejus debilitatem, & amans
illum ob virtutes, quærebat,

vellétne ullum peculiare edulium aut condimentum, pro suscitando appetitu; quòd non absque doloris sensu videret, delibantem solùm cibos, ideòque indies magis fatiscentem, ac pallescentem? Approbabat charitatem Franciscus, tacendo & subridendo. Tandem autem his illum aggressus est verbis: *Nè, amabò, ex me quaesieris, velimne quid peculiare, id namque mihi permolestum accidit.* Longè minùs sibi patiebatur apponi quidquam exquisitum, ut solet hecticis, quibus cibi communes sunt noxij, & cùm ad id ommittendum permovere non posset Valetudinarium, procumbens coram illo in genua, & illacrymans, nè sibi tale quid da-

eduo-
ro su-
non-
deret,
ideo-
ntem-
babat
cendo
autem
erbis;
s, ve-
nque-
Longè
pponi
t solet
mmu-
id o-
non-
pro-
enua,
e quid
da-

daret, ipsum est obtestatus. Ob-
stupuit Frater, quòd is, quem ob
humanas ac divinas rationes re-
verebatur, rem usque adeò exi-
guam, eà demissione à se pete-
ret, quâ à magnis Principibus ac
Prælatiis, magni momenti gra-
tiæ postulatur: neque priùs
ab illo obtinuit, ut assurgeret,
quàm se petitioni ipsius satisfac-
turum esset pollicitus. Utcun-
que ægrotaret, ob amorem ta-
men religiosæ disciplinæ judica-
bat, ac identidem asseverabat,
se bene valere, quò sibi commu-
nia fercula, etiam per quadrage-
simale jejunium sumere liceret.
Quia existimabat, se non posse
ægris curandis, adducto Fratri &
P. Ministro contradicere, recu-
sando cibos sapidiores; medi-
ta-

tatus est, studuitque novum assequi exemptionis à P. Carminata, tum Provinciali, modum illos reiiciendi, salvâ Obedientiâ, exemplo raro ac digno, quod iisdem verbis referam, quibus illud P. Fabio de Fabijs, modò dictus P. Joannes Carminata, Provinciæ Præpositus perscripsit, à quo optatam gratiam impetraverat; sunt verò sequentia: *Die sancti Martini, dum Franciscus egrotus versaretur in Valetudinario, ejusdemque Curator ipsi adferret edulia quadam minus usitata, petijt facti causam; respondit ille, se hoc fecisse intuitu festi: non potuit autem induci ad ea sumenda: Et cum ipsi diceretur juberi id à P. Rectore, modestè pro se allegavit nonnullas*

ratio
ipsum
dum
dixit
volun
mibi
Provi
Hacten
ctor,
fus, v
tracta
factur
tum h
loco, c
dies a
stria
minor
quàm
tur val
rat, su
ni con

rationes, quas illi sanctum sui-
 ipsius odium suggesserat: denique
 dum non esset resistendo, placidè
 dixit: si fortè ea est P. Rectoris
 voluntas, velim ipsi dicas, favere
 mihi facultatem obtentam à P.
 Provinciali, & asseruit verum.
 Haecenus P. Carminata. P. Re-
 ctor, qui tum erat P. Cæsar Cos-
 sus, vir in aspera sui corporis
 tractatione insigniter rigidus,
 factum Francisci probavit, & ra-
 tum habuit. Condimentorum
 loco, quæ phtisici appetunt, in-
 dies adinveniebat novas indu-
 strias adversas sensui, quas non
 minori adhibebat modestiâ,
 quàm prudentiâ, quasi medere-
 tur valetudini; inter cæteras e-
 rat, sumere manè modicum vi-
 ni conditi absynthio, cujus quo-

que pulvere deinde aspergebat
pulmenta, & alios cibos pau-
pertinos, ac in primis feriâ sextâ,
ob piam memoriam fellis, quod
Christus Dominus gustavit, ve-
xabat gustum rebus amaris. Re-
fectio illius erat continuum,
quoddam & strictum jejunium,
atque extra stata mensæ tempo-
ra solenne suum servavit, ut ni-
hil cibi potûsve sumeret. Som-
ni erat modici, & ob gravita-
tem dolorum, ac molestiam
tussis, quandoque brevissimi.
Occupabat se per illas longas
vigilias sanctis meditationibus,
& interdum in nocturno silen-
tio descendebat ad sacrarium,
ut vacaret orationi coram Au-
gustissimo Altaris Sacramento,
partim in genua provolutus,
par-

partim prostratus super nudam humum, discooperto capite, instar cadaveris, ubi à tertia circiter noctis hora, ad tempus usque matutinum hærebat, tantumque dimidiâ horâ prius, quàm alij è somno consurgerent, indè sese subducebat, nè ibi deprehenderetur. Et licèt vehementer ægrotaret, fractisque esset viribus, nunquam intermisit inveteratum morem, sui acriter diverberandi. Interdum se concludebat intrâ quendam angulum graduum ad valletudinarium, ubi domûs sordes colliguntur. Non unum demissionis & orationis exemplum observavit tribus quatuorve vicibus, mense Majo, anno 1600. servus quidam domestici-

sticus probæ vitæ, solitum videlicet noctu everrere Ecclesiam, & sua ibidem peragere exercitia pietatis, qui mihi id recensuit. Propter tam diuturnum virtutum usum, graves ipsi erant omnes relaxationes, & consolationes terrenæ, solâ sese pascens commentatione cœlestium. Atque ut quietè versaretur cum Deo, captabat tempora opportuna, diverticula obscura, devia ac neglecta, ubi tantum reperiebat luminis & oblectamenti, ut oblivisceretur cibi corpori. Notaverat id Infirmarius, qui illum multoties quæsitum, in Pistrino & lavacro lineæ suppellectilis, atque etiam in stabulo inveniebat, jam provolutum in genua, jam pedibus consi-

sisten
hum
ab ill
in p
dium
tis Jo
rix su
tabat
ficta
quan
vel ta
rans r
ter, gr
rum,
cienda
quid a
lum?
luptat
lorum
non e
design

sistentem junctis manibus, jam
humi sedentem, & sæpius, tum
ab illo, tum ab alijs est repertus
in prædicto repositoio for-
dium, offerens exemplo patien-
tis Jobi, DEO sacrificium victo-
riæ sui, & lacrymarum. Frequen-
tabat has devotiones, & sui af-
flictationes, tanto sensu, ut, si
quando idcirco redargueretur,
vel taceret, vel suaviter & suspi-
rans responderet: *Si nôsses, Fra-*
ter, gravitatem meorum peccato-
rum, hortareris me ad majora fa-
cienda, pro mei despicientia, &
quid agemus, ut consequamur cœ-
lum? Magnâ præterea suâ vo-
luptate se reficiebat Pane Ange-
lorum: & quia famem suam
non explebat, sumendo illum
designatis à regula tempori-
bus,

bus, adibat cœleste hoc symposium, non modò Dominicis & solennioribus Christi ac Sanctorum diebus, sed iteratò intrà hebdomadam feriâ quartâ ac sextâ, præmissâ exomologesi, & eo apparatu, quem existimare possumus, fuisse usurpatum à tot divini luminis collustrato radijs, & cœlestibus delicijs asfveto. Ità magnis passibus, unius anni, & aliquot mensium spatio, contendit ad perfectionem, sciens brevem esse vitæ suæ terminum, & præmium æternum:

CAPUT XXII.

*De obitu & sepultura
Francisci Cajetani.*

Dum

Dum Franciscus animum
exerceret oratione, & con-
tinuâ conjunctione cum DEO,
negaretque corpori, intrâ pru-
dentia & obedientia limites,
quoad poterat, licitas refocil-
lationes, quibus fortè illud om-
nino erexisset aut sustentavisset,
nè citò concideret, atque Divi-
ni luminis & instinctûs ductu,
non intermitteret continuum
sui afflicti studium, graviùs
agrotavit, invalescente feбри, &
sævâ tussi, quæ illum sex men-
ses, præter morem, afflixit. In
novo hoc dolorum assultu, ab
omnibus sibi temperabat gemi-
tibus vel suspirijs, in nullas eru-
pit querelas, quibus opem im-
ploraret, sustinens occultum
suum tormentum animo ac si-
len-

lento invicto. Benedicebat tantummodo DEUM mente pacatâ & sereno vultu, itâ, ut non solum exemplo suæ tolerantia adstantes permoveret, verum etiam obstupesceret, videntes illum adeò consumptum, atque insuper noctu diuque graves cruciatus perpetientem, quasi sentiendi facultate esset destitutus: adeò videlicet solidis virtutibus, præsertim mortificationi, assueverat, tantâque DEI gratiâ corroborabatur, qui majorum dolorum tempore suos amplius consolatur. Alleviatur inter patiendum lectione & colloquijs de rebus Divinis, frequentatione sacrosanctæ Eucharistiæ, quæ est infirmorum fortitudo, & consideratio-

ne

ne paterni amoris, quo sibi à
DEO dolores offerri intellige-
bat, suscipiens illos instar pre-
tiosi muneris cum gratiarum
actione. Recreabat se memo-
riâ acerbissimæ passionis Chri-
sti, gaudens se ei conformem
esse in patiando, optansque il-
lum sibi obvenire diem extre-
mum, qui ipsi fuerat, cum dolo-
rum augmento. Crescentibus
afflictionibus corporis ultimo
bimestri, quo feбри hecTICÆ ac-
cesserat etiam lenta tabes, ità
fuit emaciatuS & confectus, ut
mortuo similior appareret
quàm vivo. Quamvis verò tam
exhaustis esset viribus, quia ar-
bitratur esse singularitatem,
sacrâ se Communionem reficere,
in Sacello domestico, quod vo-
le-

lebat Pater Rector, ut illum liberaret à noxio frigore & molestia, quam experiebatur in permeandis gradibus, ut mature ad templum descenderet, maluit, quod sibi precibus exoravit, bacillo innixus, se conferre ad Sacrum antecedens Concionem, quod, cum non posset amplius pedibus consistere, audiebat, sedens in altaris infimis gradibus, sub pedibus Novitiorum & Fratrum. Sentiens sibi indies magis deficere vires, gauderat se viciniorem fieri fruitioni sui DEI, & contemplandæ Christi, ejusdemque Parentis pulchritudini. Interea directis ad cœlum suis votis, eliciebat frequentes & intensos actus amoris, exponens dilecto suo ar-

do-

dores sui cordis, procedentes
ex desiderio ejus videndi, mi-
grandique ex hac vita feriâ sex-
tâ. Quem ille pium affectum
explicuit, quibus fidentiùs con-
sueverat. Quod quidem si de-
sideravit, obtinuit; si prænun-
tiavit, non falsum se vatem fuis-
se probavit, propter singularem
religionē, quâ patientis DEI do-
lores à puero assiduè veneraba-
tur. Etsi esset ægerrimus, vi-
vebat tamen tam patienter &
pacatè, quàm si nihil sibi insoli-
tum evenisset, evolaturus pro-
culdubio in cœlum stans, aut
genibus incumbens, nullo obi-
tis præbito indicio, nisi P. Re-
ctor, postquam tantùm non ex-
inctum conspexisset, suo ipsum
imperio ad lectum compulisset,
quod

quod accidit quartâ Quadragesimæ hebdomadâ. Advocatus Medicus, prædixit, non extracturum vitam ad Pascha, quò accepto nuntio, exilijt gaudio Franciscus, quod vultu prætulit, & suavissimas Medico egit gratias, qui obstupescens, tantam serenitatem & animi fortitudinem, pollicitus est, se pro viribus omnem ipsi artem suam impensurum. Cui ille, DEI potiendi flagrans desiderio, respondit: *Noli, amabò, tibi meicausâ negotium facessere. Omnior enim, nulla mihi profutura pharma.* Petijt ardentem sacram Exomologesim & Synaxim Dominicâ, quam Passionis dicimus, atque tum se penitus immerisit contemplationi Christi

sti

sti crucifixi, expromptisque cor-
dis affectibus aiebat; *Parùm, mi-*
Domine, tui amore patior: &
quenam lex id patitur, ut servus
rebellis decumbat in lecto, mini-
strantibus ipsi filijs DEI, tu verò
mi Domine, & cœlorum Rex, pen-
deas in cruce inter latrones? do-
lores, mi IESU! da, & amorem.
Hujusmodi iterabat actus vultu
hilari, & solabatur omnes sui
causâ mœrentes. Non gaude-
bat alijs colloquijs, quàm de
cruciatibus Christi, deque cœ-
lesti gloria, ubi continuò defi-
rum habebat animum. Feriâ
quartâ, Majoris Hebdomadæ,
sub horam vesperarum, ut se ad
ultimam luctam armaret, &
compararet pro abitu ad cœ-
rum, magno animi sensu petijt
sibi

sibi præberi Divinum viaticum,
& sacrum oleum, suscepitque,
ea mysteria religiosè, respon-
sans ad orationes Ecclesiæ. Cha-
ritatis deinde erga quendam
pauperem instinctu motus, lite-
ras dedit ad Fratrem, quibus il-
lum ipsi commendaret, unaque
ultimum vale diceret, ad melio-
rem vitam migraturus: & quia
in iisdem est animadvertere,
quàm sanctè ad mortem fuerit
comparatus, quantumque fue-
rit ejus gaudium, cujus memi-
nimus, nec non exemplum cha-
ritatis, quæ est apex perfectio-
nis, placet illas hîc referre,
prout ab illo scriptæ
fuerunt.

☉(+)☉

Do-

*Domine mi Frater
Pax Christi.*

*Jam mihi, ingenti meo gaudio,
annuntiatus est finis meorum
dolorum; proinde ante meum
discessum, statui his Illustrissima
Dominationi Vestrae, & alijs meis
Fratribus, Consanguineis & ami-
cis, extremum vale dicere, relin-
quens Vestrae Dominationi fratris
loco Christum Dominum, ex quo,
si ipsum amaverit, ei que servive-
rit, prout tenetur, majus capiet
solatium, quam ex me, aut alio
liberrimo fratre ceperit, aut ca-
pere possit. Enixè obsecro Vestram
Dominationem, unà cum alijs,
meam jacturam, usque adeò e-
rè ferant ac deplorent: hoc enim
est contristari ob meum bonum*

Q

& gau-

Et gaudium, quod ego, quae DEI
erga me est benignitas, in morte
mea repono. Atque ut finiam,
peto à Vestra Dominatione ulti-
mam gratiam, per eum amorem,
quo me prosequitur, quam in cœ-
lo, si Divina Bonitas eò me dedu-
xerit, gratus rependam, ut persol-
vat, quod debet nostro Iacobo
Santanderio, qui me invisit, &
mibi negotium recensuit. Si ve-
rò Vestra Dominatio haberet,
quod opponeret, conniveat ali-
quid propter me, nè, si secus faciat,
offendat DEUM summum Monar-
cham. Salutet amanter Vestra
Dominatio Dominum Fabricium,
D. Blaseum, neque pratereat Do-
minas.

19. Aprilis, Anno 1601.

Cum verò ipse non possim, scripsit pro me, ac subscripsit noster
Frater Alphonsus Cajetanus.

Illustriss: Dominat:
Vestrae

Frater & servus in Christo

Franciscus Cajetanus.

Perfunctus hoc officio, convertit omnes suas cogitationes ad DEUM, frequentando actus Contritionis, Fidei, Spei, & Charitatis. Testis est valetudinarij Administer, à se, dum festinà quartà excubaret praë foribus cubiculi, in quo æger decumbebat, sub horam sextam auditum fuisse suave quoddam colloquium, quod integris etiam-

Q 2 num

num sensibus habuit cum sacra-
tissima Virgine dicens: *Ad quid
venisti DEI Mater? fac, obsecro,
ut animam reddam tuo Filio.*
Dum ipsum post dimidiam de-
inde horam adivisset Valetudi-
narius, porrecturus illi modi-
cum carnis in liquorem deco-
ctæ, quæsiuissetque ex eo, qua-
lenam fuisset colloquium, quod
audiverat, respondit: Cùm vi-
gilarem, fallendi temporis gra-
tiâ, alloquebar iconem DEIPa-
ræ, dissimulato, his ambiguis
verbis, favore Virginis, quam
affectu singulari colebat post
Filium. Feriâ quintâ manè gra-
tias acturus Christo Domino
pro institutione Augustissimi
Sacramenti, denuo se eo refici
petijt, quia arbitrabatur se non
pos-

posse
chari
Dom
prius
peret
nariu
collo
cum
Diem
pland
piens
tore,
tam in
sancto
riar, &
dies.
Infirm
spectab
tione,
genten
genua
pos-

posse aliter respondere tantæ
 charitati, quàm si eodemmet
 Domino animam suam cibaret:
 priusquam autem illum susci-
 peret, rogavit obnixè Valetudi-
 narium, nè ulli indicaret, suum
 colloquium præterlapsæ noctis,
 cum Beatissima DEI Parente.
 Diem illum impendit contem-
 plandis vulneribus Christi, cu-
 piens mori & sepeliri in ejus pe-
 ctore, indeque resurgere ad vi-
 tam immortalem, canens cum
 sancto Jobo; *In nidulo meo mo-
 riar, & sicut palma multiplicabo
 dies.* Nocte subsequutâ ipsum
 infirmarius per quasdam rimas
 spectabat, non minori conten-
 tione, quàm pietate, multis a-
 gentem cum Christo crucifixo,
 genua flectebat in lecto, licèt ef-

Q 3

set

set debillimus, & quasi mori-
 bundus, atque sumptâ Crucifixi
 Christi effigie in manus, petebat
 ab illo celerem vitæ finem in-
 hæc verba: *Tolle me jam Domi-
 ne ex hac vita mortali, & deduc
 me, pro tua clementia, eò, ubi te
 fruar, tuâq; sanctâ Matre.* Dum
 autem pectus vellet unâ manu
 pulsare, alterâ stringens Cruci-
 fixum, destituebatur viribus, ad
 eam sustinendam, ac attollen-
 dam. Feriâ sextâ sciens ipsum
 Medicus lætari, quòd in pro-
 pinquo esset hora suæ mortis,
 illi dixit: Eja mi Pater, hac no-
 cte liberaberis à corporis dolo-
 ribus: Franciscus novam præ-
 setulit lætitiâ, actisque ipsi
 magnis gratijs pro felici hoc
 nuntio, promisit se pro illo ora-
 tu-

turu
 tur c
 diei
 senti
 hora
 corp
 prote
 letud
 ces, c
 res:
 sum s
 & om
 Frate
 absen
 repof
 tur m
 mam
 hi Reg
 & san
 rum,
 lum f

turum, si Deo propitio, potire-
 tur cœlesti requie. Sub exitum
 diei, majori gestiebat gaudio,
 sentiens non longè extremam,
 horam abesse: & rejectâ curâ
 corporis, securus de Divina
 protectione, conversus ad Va-
 letudinarium, cujus dolebat vi-
 ces, ob toleratos sui causâ labo-
 res: *Abi, inquit, cubitum, jam
 sum sanctis Sacramentis armatus,
 & omni metu liber.* Respondit
 Frater: Vis me fallere, ac me
 absente decedere. *Quid refert?*
 reposuit Franciscus; *opitulabi-
 tur mihi DEUS, cui meam ani-
 mam commendavi. Adsunt mi-
 hi Regina cœlorum cum Angelis,
 & sanctis meis Tutelaribus.* Ve-
 rum, animadvertens Frater, il-
 lum sensim appropinquare cœ-
 lo,

lo, accivit Patrem Ministrum cum alio Sacerdote, ut ipsum adjuvarent precibus Ecclesiæ, quas, nè ei essent molesti, legabant submissâ voce: at Franciscus illas petijt legi voce clariore, eò, quòd vellet capere solatium ex ruminacione mysteriorum, & affectuum contentorum in Ecclesiæ verbis: mansitque semper firmis sensibus, jam auscultans, jam alloquens Christum, cruci suffixum, & Beatissimam Matrem. Dicente postea Patre Litanias, voluit ut substiteret ad invocationem sancti Francisci, non solùm, quòd illius gereret nomen, sed quòd fuerit amantissimus Christi crucifixi, deditque nonnihil temporis referendis ipsi gratijs pro be-

beneficijs ab eo acceptis, & exorando ejus præsidio, in hac extrema necessitate. Convertit se deinde ad sanctum Patrem Ignatium, cui gratias egit, quòd vixerit in ipsius Societate, & in ea moriatur, petijt quoque veniam ob non servatas Regulas ab ipso scriptas, tot inter fusas ad DEUM preces & lacrymas. *Obliviscere, aiebat, mi Pater, erratorum meorum, & recordare me tuum esse filium, nunc tuâ mihi tutelâ est opus, intercede pro me, ut ad videndum tecum meum IESUM pertingam.* Meminit præterea, Nostri Sancti Patris XAVERII, cujus ut meritis, DEI frueretur conspectu, ardentè precabatur. Demum complexus manibus Crucifixum, amantè

Q5

ter

ter Christum in effigie, pariter-
que intemeratam Virginem,
compellans, & magno affectu
invocans, animam Conditori
suo reddidit, anno Christi 1601.
20. Aprilis, sub exitum sacratio-
ris feriæ sextæ, & initium Sab-
bathi sancti, ut intelligeremus,
non solùm Servatorem nostrum
fidelem se exhibuisse, in adim-
plendo servi sui desiderio, o-
ptantis vitam eo die finire, quo
suam ille posuit in cruce, verùm
etiam liberalem, ut piè credi-
mus, in eo sinè mora, die Sabba-
thi admittendo ad gloriosum
suum, sanctissimæque suæ Pa-
rentis consortium, quod ad ul-
timum usque halitum postula-
vit & expetijt. Explevit ætatis
annos triginta & unum, menses
quin-

qui-
tate
fui-
ris,
tiar
spee
corp
riam
retu
sanct
mno
tor,
Fran
noct
Mon
Sanct
scum
Exhi
tum
quen
celo

quinque, dies novem; in Societate vixit annis octo. vultus defuncti adeò erat serenus & hilaris, ut Patres & Fratres, non satiarentur frequentiore illius aspectu, atque ex ipsa specie corporis, clarè conijciebant gloriam, quâ beata ejus anima frueretur. Sub auroram Sabbathi sancti, qui expergefactis è somno adferebat lumen Excitator, annuntiabat unâ obitum Francisci mortui, præterlapsâ nocte feriæ sextæ, his verbis: *Mortuus est Sanctus cum Sancto Sanctorum*; intelligens Franciscum cum Christo mortuum. Exhilaravit omnes pium & gratum nuntium de bono Fratre, quem sperabant fore suum in cælo advocatum. Pervasit sua-

Q6

vis

vis universum Collegium sensus religiosæ æmulationis, fortiendi tam facilis exitûs, exarsitque in omnium animis vehemens studium, imitandi raras ipsius virtutes. Complures ambigebant, precésne pro ipso funderent, solitas pro vitâ functis persolvi, an potius illi gratularentur coronam gloriæ, postularéntque ejus patrociniûm, & omnium ore summè celebrabatur. Præterea laudes, quibus illum multi extulerunt, commemorabo, quibus fuit commendatus à Patre Angelo Sibilla, qui in Societate, virtutibus clarus, exegit annos quinquaginta & octo, quorum potiorem partem traduxit, in officijs Magistri Novitiorum, Re-

cto-

ctoris Collegiorum, Socij Præ-
positorum Provincialium, &
Arbitri conscientiæ, ac Præfecti
rerum spiritualium, in nostris
Collegijs (cujusmodi munia
conferri solent non vulgari vir-
tute, & zelo religiosæ discipli-
næ præditis) neque solùm vixit,
verùm etiam obiit, solidis or-
natus virtutibus, Caltagironæ,
A. D. 1611. quod abundè proba-
vit concursus populi & Magi-
stratûs, atque multorum pre-
ces, ut sepeliretur loco ab alijs
discreto; nec non pietas, quâ e-
jus vestes fuerunt ab omnis or-
dinis hominibus expetitæ. Hic,
inquam, tantus DEI servus, cui
intimè fuerat perspectus Fran-
ciscus, in tirocinio & Collegio
conversus ad me, dolentérque
suspi-

suspirans, dixit: *Obijt verè perfectus Religiosus, cui à multis annis parem non habuimus, neque fortè aliquamdiu habebimus.* Et sanè, ut talem honoravit Divina Majestas lætis ac festivis exequijs. Cùm namque altaria & parietes, ob festum resurgentis Christi, essent exornati elegantia & opulentiâ quàm maximâ, tam solenni die Sabbathi sancti, decreverunt Patres, non esse illis superinducenda vela nigra, pro funebri more, arbitrati, eam esse DEI voluntatem, quòd Franciscus religiosissimus fuisset imitator Christi crucifixi, ac promeruisset tantum privilegium magnis Sanctis concedi solitum, moriendi sancto die Veneris, ut particeps quoque esset

esset gaudiorum gloriosæ ipsius
Anastasis.

Audito ab externis signo,
quòd ejus corpus deferretur ad
templum, concurrerunt ad il-
lud videndum, & exosculandas
defuncti manus, cum singulari
pietate ac sensu, quia multa in-
tellexerunt de heroicis Franci-
sci virtutibus, & suspexerant de-
votionem, quâ ipsum videre
consvenerant sacra facientibus
ministrantem, cœlestiq; se epu-
lo reficientem in templo, vel
quàm compositissimè per com-
pita incedentem.

Post persolutas funebres pre-
ces, fuit tumultatus vespere Sab-
bathi, in Ecclesia Collegij So-
cietatis, dicata sancto Nicolao,
quæ nunc est nostræ domûs Pro-
fessorum.

De-

Dedit Pater Rector ad Fratrem Francisci consolatorias, quas, quia confirmant dicta de ejus obitu, hoc loco annectere placuit.

*Litteræ P. Cæsaris Cossi,
Rectoris Collegij Messanensis.*

Illustr: DD. Cæsari Cajetano, Domino Sortini,

Illustrissime Domine mi observandissime. Cum servorum **DEI**, ex hac vita transitus, non sit mors, verum dulcis quidam obdormientium in Domino somnus, etsi doleam, letor nihilominus, & me tam felix Vestra Dominationi perscribi nuntium, dum significo sanctum obitum ipsius, & nostri Fratris Francisci, juvenis non minus

nus nobilitate sanguinis, quàm
eximiâ virtute conspicui, quem o-
mnes novimus fuisse speculum
mortificationis & sanctitatis. E-
quidem doleo, non tam propter
ejus mortem, nemo siquidem no-
strum ambigit, quin vitam sit af-
sequutus beatiorē, quàm quòd
sim privatus dulci, tam dilecti in
Domino filij, consuetudine. Vi-
detur verò exaudire voluisse Deus
illius preces, quando hac nocte ad
meliorem vitam migravit, id
quod ipse tantopere optavit, ut co-
mitem se sancto die, sextæ majoris
Ferie, funeri sui Servatoris ad-
jungeret. Decessit è vita, non
tanquam unus è vulgo hominum,
verum ut sanctus: vultus defun-
cti præferebat sanctitatem, atque
eam induit venustatem, ut Pa-
tres

tres ac Fratres, non satientur eo iterum iterumque intuen- do. Feriâ quartâ, hebdomada majoris, suscepit viaticum, & sacro Oleo inunctus est. Feriâ quintâ denuo sumpsit epulum Eucharisticum. Omnes credimus celebratum ab illo fuisse Pascha in cælo, cum aliud ominari nequeamus de tanto DEI servo. Cæterum me unâ cum isthoc Collegio commendo. DEUS largiatur Vestra Dominationi felicia festa suæ sanctæ Resurrectionis. Messana, Sabbatho sancto, 1601.

Vestræ Dominationis
Illustrissimæ

Servus in Christo

Cæsar Cossus.

CA.

CAPUT XXIII.

*Qualis fuerit de exi-
mij Francis viri virtutibus existi-
matio, auctoritate prestantium
& fide dignorum ho-
minum.*

Non immeritò, Franciscum
possumus appellare candi-
dum lilium, cùm per omnem
vitam, suavissimum semper &
gratissimum spiraverit odorem
heroicarum virtutum: nec dis-
par fuit opinio eorum, quibus
unquam innotuit. Ut porrò
appareat, quàm solidis illa inni-
tatur fundamentis, adferam,
quæ de ipso dixerunt, vel scri-
pserunt viri virtutibus religio-
sis, juxtà ac doctrinâ insignes,
qui-

quibus cum illo intercessit con-
suetudo. Exordiar à domesti-
cis. P. Gaspar Paranympus,
Ecclesiastes Apostolicus, scribit
verba sequentia: Novi probum
istum juvenem, primùm in domo
Principis Paternensis bone me-
morie, qui fuit ipsius Patruelis,
tum in domo fraterna Principis
Cassaritani: semper illum vidi
eximiâ ornatum modestiâ, & ho-
nestissimis moribus, atque humilli-
mum. Dum commorarer Sorti-
ni, animadverti, ipsum Divinis
instinctibus potenter incitatum,
concepisse horrorem seculi, & af-
fectum erga nostram Societatem,
ad quam viâ non ordinariâ fuit
vocatus. Mihi universa vite
peccata magno sensu est confessus,
ingeneravitque illi DEUS ingens

odi-

odium sui ipsius, ac desiderium agende pœnitentiæ. Et vehementer sum permotus, videns Iuvenem tam nobiliter natum atque educatum, evasisse postea in exemplar modestiæ ac sanctitatis: patuit, mutationem illam fuisse opus dextere DEI. In Religione deinde, præclara semper fuit omnium, de eminenti ejus perfectione opinio; addictissimus erat orationi, sui afflicti studio assidue intentus, in silentio constans, regularum vel minutissimarum observantissimus, in tot morbis nunquam non hilaris. Exequebatur omnia tam exactè, ut nemo in ipso ullum deprehendere potuerit nevum. Decedens è vita, magnam sue sanctitatis, in tota Provincia, reliquit existimationem, quæ
ino

indies augetur. Quem à suo tirocinio inchoavit, tanto deinceps fervore religiosa perfectionis cursum est persecutus, ut, quod sunt testati tres ejus PP. Rectores & Magistri spiritus, longo suis omnibus socijs intervallo anteiverit. Qui illi biennij spatio convixerunt Tirones, non solum nullum in eo notaverunt defectum, vel regulæ violationem, sed suspiciebant ipsum, & accendebantur ad devotionem ac fervorem ejus exemplis, verbis & aspectu semper sereno & hilari, semper pietatem spirante & composito. A Magistris, quos in literis habuit humanioribus & Philosophicis, æstimabatur & celebrabatur, non solum ob ingenium, sed speciatim propter

ex.

excellentes virtutes. Eadem
de ipso erat, tam Religiosorum,
quàm secularium, in utraque
classe Condiscipulorum opi-
nio. Quo tempore docuit
Grammaticam, amabatur, ho-
norabatur, & appellabatur Stu-
diosus perfectionis à Comma-
gistris ac Discipulis, qui ipsius
adeò constanter meminerunt,
ut hodièque de eo non absque
magna cōmendatione loquan-
tur. Confessarij & Patres Spi-
rituales, summi fecerunt emi-
nentem ejus perfectionem, cui
semper quam diligentissimè stu-
duit, suamque de eo sententiam
luculento & scripto testimonio
confirmaverunt. P. Josephus
Ragusa, excellenti præditus do-
ctrinâ ac virtute, scripsit Fran-
ci-

ciscum fuisse verè & profundè
humilem, alienum ab omni pro-
prij honoris appetitu, à bono
spiritu directum in suis operi-
bus, perquam pacificum & im-
perturbatum, quibuslibet occa-
sionibus, quæ se illi frequentes
offerebant, neglectorem & im-
memorem sui ipsius, nihil un-
quam præconciptentem, quid
de se futurum esset, humiliter
se ac reverenter gerentem erga
omnes, simplici minimè que af-
fectatâ animi demissione. P. Ni-
colaus Barbera, cujus in vita &
morte rara fuit virtus, scripsit,
Franciscum, communi omnium
sententiâ, fuisse rarum & perfe-
ctum Religiosum nostræ Socie-
tatis, dotatum ijs duabus virtu-
tibus, quas S. P. N. IGNATIUS de-
fide-

de fi
ne v
P. J
gius
laud
quer
mol
ravit
conf
noce
à D
ratio
su c
num
fuisse
rum
exegi
feciss
multi
post
lum p

desiderabat in filijs suis, oratione videlicet ac mortificatione. P. Josephus Scammacca, egregius & zelantissimus Divinae laudis & gloriae concionator: quem is, cui ipse pro ultima exomologesi, totius vitae acta enarravit ante mortem, existimat conservavisse baptismalem innocentiam ad mortem, quae fuit à Deo illustrata insolita venerationis exhibitione, & concursu omnis conditionis hominum, testatus est, Franciscum fuisse verum ac perfectum servum DEI, & eo octennio, quod exegit in Societate, progressum fecisse in perfectione majorem multis senibus, atque sibi visum post mortem, potuisse admodum probabiliter à se dici, Fran-

R

ci-

ciscum, nullâ interpositâ morâ, esse æternâ potitum requie, quin transierit ignem Purgatorij, propter multos dolores & cruciatus, quos admirabili patientiâ & hilaritate toleravit in gravibus ac diuturnis morbis, dum nobis convixit. Quid dicam de Superioribus, quibus maximo fuit solatio, Franciscum habere subditum, & præclaras ipsius virtutes observare, quas idcirco multis laudibus extulerunt. Ex his P. Vincentius Regius, vir doctissimus ac piissimus dixit, Franciscum fuisse veram quandam & absolutam ideam religiosæ perfectionis, insignem contemptu sui ipsius, dono lacrymarum, & conjunctione cum DEO. P. Casar Cossus, Religio-

giosu
virtu
excel
sæ dis
larum
bus,
magi
quã
tum.
aman
cultu
getur
scrip
illum
tur in
psi, &
vita,
ad be
bat ac
lestiy
copia

gio.

giosus singularis prudentiæ & virtutis, dicebat, Franciscum excelluisse observantiâ religio- sæ disciplinæ, omniumque regula- rum, & universim ab omni- bus, propter vitæ puritatem, magis Juvenem Angelicum, quàm hominem fuisse æstima- tum. P. Octavius Cajetanus, amantissimus Divinæ gloriæ & cultûs Sanctorum, Sicilia Indige- tum, quorum vitas accuratè scripsit, & exactè est imitatus, illum suspiciebat, ac revereba- tur instar hominis de cœlo la- pti, & postquam ex præsentî hæc vita, ut confidimus, migravit ad beatam, devotè consaluta- bat ac invocabat, indeque cœ- lestium luminum & affectuum copiam obtinebat. Propaga-

R 2 ta

ta fuit fama virtutum hujus magni servi DEI Romam, & P. Fabius de Fabijs, tunc Assistens Italiae, magnopere, est gavissus, opinionem, quam in visitatione hujus Provinciae conceperat de Francisco, in vulgus quoque emanavisse, scripsitque P. Joanni Baptistae Carminata, ut ab eo de auditis certior redderetur, cui ille respondit sequentibus verbis: *Quoad postulatam Reverentiae Vestrae, de nostro Francisco Cajetano, cujus memoria est in benedictione, id quod ego absque omni fuce dicere possum, est ante undecim circiter annos, dum in domicilio Novitiorum commorarer, ponebat ibidem religiosae vitae tirocinium Franciscus: in primo colloquio, quod cum illo ha-*

bui,

bui, mihi recensuit suam vocatio-
nem ad Societatem: unde magno
meo solatio, collegi fuisse vocatio-
nem singularem, ac verè Divi-
nam, unaque ex modo loquendi
certissimè mihi persuasi, Franci-
scum fore magnum DEI servum,
atque deinceps libenter me illi
concessi colloquij tempore associa-
bam, non absque magna mea sa-
tisfactione ac edificatione, quòd
nunquam audiverim ab eo profer-
ri, vel unum verbum minùs accu-
ratum: novi illum deinde, egi-
que cum illo familiarius deman-
datà mihi curà Provincia. Verè
fuit Religiosus deditus orationi &
solitudini, paucorum verborum,
eorumque spiritualium, ità ut il-
lum hortarer ad loquendum
quandoque de rebus indifferenti-

bus animi relaxandi gratiâ, quòd
tum egrotaret; at ipse subride-
bat, nihil omnino recedens à suo
more. Magna erat, ac insignis
illius in cibo & potu abſtinentia,
ſimilitérque in cæteris omnibus
nihil ſibi indulgebat, ut imperiò
fuerit adigendus ad ſumenda ex
religioſæ frugalitatis legibus ſolita
omnibus apponi: nihilominus me
multis precibus ſolicitabat, ut ſibi
per me liceret quidpiam dimitte-
re, allegabátque tot rationes, ut
me cogeret ad aliquid conceden-
dum. In reliquo vitæ curſu, ſin-
gularem præſerebat animi de-
miſſionem, abijciebátque ſe infra
omnes, cujuſcunque illi eſſent con-
ditionis. Nunquam viſus eſt tur-
bari, ſemper vultu erat affabilis
& hilaris, obſervantiſſimus obe-

dien-

dientia & legum nostræ Societatis, ut profectò ignorem, quid ultra quis requirat in bono Religioso. Novi B. Aloysium Gonzagam, ac Franciscum, & verè credo istum in nulla re inferiorem illo extitisse. Testes sunt, quotquot ipsum habuerunt perspectum, fuisse sanctum, ut, qui illum culpæ alicujus argueret, reperiri nemo potuerit; quod ad me attinet, si, quod sentio, juramento confirmari liceret, ausim utique jurare, Franciscum Cajetanum frui nunc DEO in cœlesti gloria. Id verò specialiter velim notari, Franciscum à P. Carminata prorsus meditatò fuisse æquiparatum B. Aloysio, cum intimè utrumque habuerit exploratum, & uterque ad cœlum migraverit, ille

in Sicilia, hic Romæ, dum ipse utrique præesset Provinciæ. P. Bernardus Colnagus, doctrinâ juxta & virtute illustris, insolitis à DEO gratijs exornatus, postquam legisset memoratum testimonium, censuit esse verissimum, asseruitque sibi videri, se jurejurando interposito idem posse asseverare. In Congregatione Provinciali, Anni 1606. à gravissimis, totius Provinciæ, Patribus, doctrinâ, prudentiâ & virtute conspicuis, fuit decretum, nomine ejusdem Provinciæ, rogandum A. R. P. Nostrum Generalem Claudium Aquavivam, ut curet à Summo Pontifice Paulo V. pro solatio nostræ Provinciæ, impetrari Francisco titulum Beati. Commissum id

fue-

fuerat P. Joanni Baptistæ Carminata Procuratori. Ut firmiorem dictis adstruam fidem, referam Congregationis decretum, ipsis illius verbis, quæ sunt sequentia: *En xè rogat, ut Francisco Cajetano, qui eximia cum sanctitatis opinione, in hac Provincia vixit, Beati titulum, honorésque: pro ejusdem Provincia consolatione, à Sanctissimo Domino Nostro impetrari curet, si in formationes in ejus vitam & miracula, quæ cum P. Procuratore mittentur, ad id petendum, satis esse indicaverit.* Cui postulato respondit P. Generalis: *Expendentur ejus informationes, & si petenda hæc à Sanctissimo videbuntur, fiet.* Placuerunt Patri informationes, jussitque negotium

tium promoveri. Hæc opinio, quam de Francisco etiamnum vivente conceperunt viri docti, prudentes, ac pij,angebatur. identidem post mortem, ita ut illam factis, signisque externis demonstraverint, offerentes in ipsius honorem, pio affectu, sanctissimæ Trinitati Missas, Communiones, orationes, mortificationes, & alia pia opera, præsertim anniversariâ die felicitatis ejus transitûs: alij inviserunt sepulchrum, & honoraverunt, aspergentes illud floribus. Incisæ sunt, & circumferuntur ipsius imagines. Atque adeo etiam Romæ fuit ejusdem effigies impressa cum approbatione & facultate Superiorum, subscripto hoc Elogio: *Religiosus*

DEI

DEI Servus Franciscus Cajetanus
Societatis IESU, genere & vitæ
austeritate ac innocentia clarus.
Obijt Messanæ 20. Aprilis, Anno
1601. ætatis 31. Religionis 8. Supe-
riorum facultate. Instituti fue-
runt processus cum licentia Or-
dinariorum, in quibus recen-
sentur prædictiones, quibus præ-
nunciavit suum felicem transi-
tum ad meliorem vitam. Visi-
tatio, quam habuisse fertur ante
mortem, Magnæ DEI Matris,
visiones ejus gloriæ, gratiæ, eo
patrocicante, post obitum ob-
tentæ, & in Panormitano agni-
tum fuit ipsius caput, inventum
ex singulari illuminatione &
gratia DEI, gloriosæque Virgi-
nis MARIE, quod hodie conser-
vatur in arca vestita holoserico,
in

in Sacratio Collegij Societatis
Jesu Messanæ. His affinia, con-
sultò pratero, ut promptè ob-
sequar Urbani VIII. qui hodie
Ecclesiam sanctam gubernat,
decreto de scribendis Vitis Ser-
vorum DEI, mortuorum cum
opinionè sanctitatis. Non tan-
tùm nostrorum, sed aliorum,
quoque Religiosorum, Ecclesia-
sticorum & secularium, fuit sub-
limis, de magna Francisci perfe-
ctione existimatio, qui ipsius
laudes prosâ & versu celebra-
runt, præsertim Dominus Silve-
ster Marulus, Abbas Madurita-
nus, nepos Magni Abbatis Ma-
ruli, excellentissimi Mathema-
tici, in libro, quem scribit de
origine Religionum & homi-
num illustrium, qui ex ijs pro-
dic-

dierunt, texit breve compen-
dium Vitæ Francisci : in quo
tamen advertendum est, illum
non obiisse vigesimâ primâ, sed
vigesimâ Aprilis, quòd forsitan
diem sepulturæ diei obitûs sub-
stituerit. Benedico infinities
cum Angelis & beatis Cœliti-
bus DEUM, quo juvante, gesto-
rum Francisci servi ejus fidelis
ac dilecti historiæ finem impo-
sui. Illum per immensam ipsius
bonitatem oro, ut mihi effica-
cem gratiam largiatur, incho-
andi ac prosequendi vitam san-
ctiorem, conformem vitæ Fran-
cisci, utque eandem lecturi, vel
audituri, nova concipiant desi-
deria Christianæ perfectionis,
& expletâ hac brevi peregrina-
tione sinè timore, de manu ini-

S

mi-

micorum nostrorum liberati,
adeamus beatam visionem Con-
ditoris nostri, paratam his, qui
diligentissimè curaverint cave-
re omne peccatum, & in conse-
quendarum virtutum solidarum
studium incubuerint, venerati-
que fuerint ac imitati sanctos
coeli incolas, advocatos, & Ma-
gistros nostros in adeptione
virtutum, & æternæ
gloriæ.

A. M. D. G.



*Errata Typographica
irrepsère sequentia:*

In Præfat. supra A 4.

lin. 7. ejus. *lege* cujus.

pag. 33. lin. 9. & 10. *in hac ver-
ba*, omittendum.

pag. 36. lin. 19. sanctus *lege* tan-
tus.

pag. 44. lin. 19. destinatio *lege*
detestatio.

pag. 58. lin. 1. DEI Filio, *lege* à
DEI Filio.

pag. 71. lin. 2. commodatum,
lege accommodatum.

pag. 136. lin. 18. suscipiebant, *le-
ge* suspiciebant.

pag. 139. lin. 18. vehementer, *le-
ge* vehementes.

pag. 146. lin. 18. adjungeret, *le-
ge* injungeret.

pag.

pag. 161. lin. 7. apposuit, lege
opposuit.

pag. 184. lin. 8. in, lege id.

pag. 213. lin. 12. ante, *ut singilla-
tim*, adde punctum. & postly
referam, comma.

pag. 254. lin. 15. perfectiūs, lege
profectūs,

pag. 290. lin. 11. immensæ, lege
immissæ.


pag. 309. lin. 11. aditura, lege
editura.

pag. 328. lin. 18. se illis, lege se in
illis.

pag. 349. lin. 18. meam, lege
mei.


pag. 360. lin. 13. præterea, lege
prætereo.

06)(+)(90
Collegii Socii Jesu
Paderborna
1697.



lege
illa-
tly
lege
lege
lege
e in
ge
ge














Th
2543